CONSILIVM SVPER BARONIA DE QVINTO; PRO D.D. GARSIA DE FVNES ET DE VILLALPANDO.

Editum A. D. D. Philippo Puyuezino de Castro Decano, & Canonico Oscensi.



CÆSARAVGVSTÆ.

Apud Laurentium Robles, Regni Aragonum, & Vniuersitatis Typographum.

M.D.LXXXXVI.

SVMMARIVM EORVM, quæ in hoc Responso continentur.

1 *Reus in dubio absoluendus.*
2 *Fideicommissum non præsumi.*
3 *Possessor manutenendus.*
4 *Fideicommissum sine verbis non induci.*
5 *Fideicomissum petens probat.*
6 *Possessor etiam iniustus a fideicommisso dubio absoluendus.*
7 *Fideicõmissum petenti potest dici quoad te liberas ædes habeo.*
8 *Fideicommissum mente & coniecturis induci.*
9 *Digressio ad plures gradus fideicommissum producit.*
Sed communiter reprobatur. numero 163.
10 *Alienationis probibitione fideicommissum induci.*
Sed contra num. 164.
11 *Masculinitate vocationem & fideicommissum argui.*
Sed communiter reprobatur. numero. 167.
12 *Legitimi matrimonij qualitas fideicommissum arguit.*
Sed declaratur. num. 169.
13 *Onus ferendi nomen & arma fideicommissum inducit.*
Declara conditione impleta. numero. 170.
Vel nisi fideicommissarius sit nobilior. num. 171.
Imo hoc onus respicit Elinismum. num. 172.
14 *Filiorum defectus tractum successiuũ habens fideicommissum inducit.*
Sed declara. num. 173.
15 *Caducato medio gradu admittitur vltimus.*
Nisi deficiat conditio primi. num. 179. & num. 189.
16 *Grauamen præsumitur adiectum respectu vocationis.*
Intellige nisi grauamen habeat nouam formam. num. 190.
17 *Grauamen inducit vocationem filij in aliqua parte vocati.*
18 *Substituti in infinitum admitti non possent, nisi instituti in infinitũ grauarentur.*
Limita in substitutione ad tempus certum non restricta. num. 192.
19 *Sequentia ex præcedentibus & è conuerso declarantur.*
Intellige in dubio. num. 201.
Vel quando tractatur de declaratione verbi dubij. num. 202.
20 *Verba imperfecta ex verisimili supplenda.*
Declara vt num. 204.
Vel quando suppletio congrue fieri potest. num. 205.
Vel quando clausula nullum sensum habet. num. 206.
Vel si nõ inducatur fideicommissum num. 107.
21 *Scripturæ defectus ex sequentium obseruatione supplendus.*
22 *Primogenitus cæteris dilectior.*
23 *Prædilectus plus honorari præsumitur.*
24 *Gradus paritas dispositionis paritatẽ arguit.*
Nisi adsit diuersa dilectionis ratio num. 229.

Summarium.

65 *Natiuitatis conditio filiis non natis deficit. & num. 66.*
67 *Substitutione de nascituris facta casum non natiuitatis excludit.*
Sed substitutio pro non scripta est num. 69.
68 *Varia dispositio variam voluntatem arguit.*
70 *Oldradus consilio. 142. & 177. defenditur.*
Fortius existente restrictione temporis personæ & casus. num. 71.
Maxime vbi cartæ standum est. num. 73.
Quia verba conueniunt, licet mēs repugnare videatur. num. 72.
74 *Conditio voluntaria inextendibilis.*
75 *Substitione de natis certo tempore facta nati postea excluduntur.*
76 *Nato substitutus non dicitur substitutus nascituro, nec e conuerso.*
77 *Tempus restrictiue adiectum omnem extensionem submouet.*
78 *Mentis nullum maius testimonium, quam qualitas inspecta verborum.*
79 *Natiuitatis casus ad casum non natiuitatis non extenditur.*
80 *Substitutio ex conditione institutionis declaranda.*
81 *Grauari non potest non honoratus.*
83 *Disponens voluntatem suam præsumitur iuxta legem municipalem regulare.*
84 *Conditione defecta substitutiones omnes corruunt.*
85 *Perpetuitatis verba ex conditione adiecta limitantur.*
86 *Fideicommissum perpetuum factum non censetur conditionibus adiectis.*
87 *Grauatus respectu vnius non dicitur grauatus respectu omnium.*
88 *Grauamen adiectum decedenti sine filios cessat filiis superstitibus.*
89 *Fideicommissum conditionale non nisi conditione impleta subsistit.*
90 *Substitutus immediate testatori succedit.*

91 *Grauamen restringitur ad casum vocationis. & num. 94.*
92 *Cōditione defecta substitutio ad alios casus non extenditur.*
93 *Textus in l. cum in testamento. de hæred. instit. & in l. si mater. §. 1. de vulgari expenduntur.*
95 *Substitutus substituti non dicitur primi substitutus conditione defecta.*
96 *Gradu primo defecto ex defectu conditionis sequentes cessant.*
Etsi coniecturæ contrarium suadeant. num. 97.
98 *Voluntas testatoris non subuertenda.*
99 *Coniecturæ vbi cartæ standum est nō admittuntur.*
100 *Conditionalia verba non disponunt.*
101 *Verbis inhærendum præsumptione exclusa.*
Fortius vbi cartæ standum. numero. 102.
Quia extensio etiam ex mente cessat num. 103.
Et repetitio non admittitur. numero. 104.
Nec fideicommissum ex coniecturis inducitur. num. 105.
106 *Fideicommissum facilius pro descendente, quam pro extraneo induci.*
107 *Descendentium nomen tractum successiuum habet.*
108 *Diuersitas dispositionum diuersam intentionem arguit.*
109 *Copulatiua vnius partis falsitate corruit.*
110 *Cōditio si sine filiis cessat filio superstite, etsi statim moriatur.*
111 *Filij in conditione positi, neque vocati, neque grauati censentur. & numero 180.*
Maxime inter collaterales. numero 112.
Etiam præsumpta voluntate concurrente. num. 113.
Fortius vbi cartæ stamus. num. 114.
Etiamsi filius hæres non sit. num. 115.

Summarium.

161 *Con-*

Summarium.

275 Omissum

Summarium.

275 *Omissum scienter dicitur, quod in aliis gradibus fuit expressum, si dari possit diuersitatis ratio.*

277 *Præsumptiones a lege receptæ in Aragonia non recipiuntur cũ cartæ standum sit.*

279 *Feudum pro se, & hæredibus suis concessum non transit ad hæredes extraneos.*

Nisi adiiciatur pro hæredibus quibuscumque. 280

285 *Conditione primi gradus deficiente, sequentes gradus corruunt, quia intelliguntur cum eisdem conditionibus facti.*

286 *Nasciturorum conditio non natos non comprehendit, si adsint verba restrictiua.*

287 *Substitutio de tempore ad tempus, vel de casu ad casum, non extenditur maxime in Aragonia.*

388 *Substitutio passiua intelligitur iuxta conditiones substitutionis actiuæ precedentis.*

289 *Substitutio conditione deficiente deficit, etiamsi adiiciantur verba perpetuitatis.*

290 *Grauamen non honorato impositum non probibet liberam bonorum dispositionem.*

292 *Positus in conditione vocatus non dicitur.*

293 *In Aragonia solum sequimur casum, qui ex verbis, & non ex mente colligi potest.*

294 *Conditio si decesserit minor, & sine filiis copulatiue adimplenda.*

Quia non cessat potentia generandi in minori ætate. 295.

296 *Fideicommissum vt vitemus à proprietate verborum recedimus.*

297 *Coniecturæ licet aliquando ad inducendam vocationem prosint, nunquam tamen ad inducendũ grauamen.*

298 *Oldradi cons. 21. sententia post multas contradictiones in scholis, & Palatiis seruatur, maxime inter collaterales.*

Etiam coniecturis concurrentibus num. 299.

300 *Antonius Augustinus decis. 3. lib. 1. declaratur.*

FINIS.

CONSILIVM SVPER BARONIA DE QVINTO PRO D. D. GARSIA DE FVNES ET DE VILLALPANDO.

Editum A. D. D. Philippo Puyuezino de Castro Decano, & Canonico Oscensi.

IESVS.

VISO testamẽto nobilis quõdã Remiri de Funes, & cõsideratis septẽ prçcipuis gradibus substitutionum, de quibus in eo, videtur sine dubio quoad D. Christophorũ pretendentem, & omnes alios Ludouici descendentes euanuisse fideicommissum, & D. Garsiam de Funes & de Villalpando. (Tum
1 quia † reus per l. Arrianus de actio. tum quia possidet per l.1.§.1.de su-
2 perfi. Tum quia † pro fideicõmisso non præsumitur: quia onus, ex l. cohæredi. §. cum filiæ de vulgari) esse à petitis absoluendum, vel in
3 sua † possessione conseruandum: ex Cephal. consilio 268. in prin. & Menoch. consil. 376. nume. 35. cum aliis ab eis citatis.

Et pro resolutionis introductione est proponenda illa regula generalis:
4 quod fideicommissum † non præsumitur, nisi ex verbis expressis, claris, & apertis appareat inductum: ex eo quod grauamen, & onus continet: vt in d. §. cum filiç vbi communes, latè Roland. a Valle consi. 56. a princ. vol. 3. Adeo quod si verba patiantur aliquam dubitationem, vel ambiguitatem: semper fit declaratio contra illum; qui se fundat in eo: ex Soc. nep. consi. 185.
a n. 9. lib. 2. Et is, qui petit, † proba- 5
re debet inductũ: ex notat. in l. veteribus per illum tex. de pact. & in l. stipulatio ista. §. in stipulationib⁹ de verbo. oblig. & in l. si in emptione de contrah. empt. Facit l. fideicõmissa. §. si rem de legat. 3. ex doctr. Barto. in l. si inter vbi etiã Paulus n. 5. & in l. quod de pariter vbi quoq. Paulus n. 3. de rebus dub. idẽ Paulus consi. 234. n. 1. vol. 1. Alex. consi. 24. in fi. volu. 3. optimè idem
consi. 140. nu. 1. volu. 5. Et taliter, † 6
quod & si possidens iustã tenendi causã non habeat, non nisi suã intẽtionẽ implenti restituere cogitur: ex reg. l. fi. de rei vendit. C. cũ aliis

allegatis ibi per Accur. Vnde cùm ex verbis testamenti prçfati nó possit probari pro D.D. Christophoro
7 fideicómissum inductum: sufficit† quo ad D.D. Garsiam in casu, de quo nos, allegare: quoad te liberas ædes habeo: vt in proprio casu retulit Ias. cons. 142. sub n. 5. versi. duodecimo pro p. lib. 2. & in cós. 35. versi. 7. vol. 3. per l. locis corpus §. cópetit si serui. vindicetur, cum aliis ab eodem Ias. relatis.

Licet superiora sine dubio videátur: tamé quoad Christophorú (vt Ludouici successoré) prætenditur probari sufficienter, esse locú fidei commisso. Ex eo quod sexto gradu post fratres, eorumq. filios, & descédétes in specie vocantur Ludouicus, & sui. Et cú inter eos prçdictus D. Christophorus hodie reperiatur primus, & præcipuus, & respectu lineæ, gradus, sexus, & ætatis. Nimirú si deficientibus omnibus antea vocatis debeat ad prædictú fideicómissú admitti. Tátò magis quod licet expressa illa vocatio aliquá pateretur dubitationem, cum ibi filij fratrú in conditione solú positi reperiantur. Tamé cú in fideicómis-
8 sis † solú attédamus disponétiú mété etiá ex coniecturis prouenienté: ex l. cú proponebatur de leg. 2. Et in casu proposito ad inducendú ex illo gradu absolutú, & perpetuú fideicommissum multæ efficaces, & (vt vidétur) necessariç ex eod. testaméto deductæ concurrát. Videtur Christophori intétio satis ad exclusionem D. Garsiæ in d. gradu fundári, atq. probari: ex Máti. lib. 8. de cóiec. vlt. volú. tit. 1. a n. 24. & Meno. lib. 4. præs. 69. & 76. cum aliis.

PRIMO igitur pro parte D. Christophori potest allegari, quod testator sororé Contesiná, illiusq. & aliarú sororú filios, & descendétes masculos gradatim, & successiue de primogenito in primogenitú vocauit, atq. grauauit in infinitú, cúm adiecerit. *Et si de vno en otro miétres fillos, & descédientes masclos se trouaren.*
Post quorú † omniú morté vocauit 9
proximioré. Cú itaq. processerit ad vlteriores gradus disponédo, vocádo, atq. grauádo, dubitádú nó videtur positos (vt ibi) in códitione videri grauatos, & respectu Ludouici & suorú inductú fuisse absolutú, & perpetuú fideicómissú: ex not. per Paris. cós. 31. & 67. per totú, & cós. 90. a n. 30. lib. 2. & Soc. nepoté 141. & 168. lib. 2. & Cepha. cós. 115. a n. 26. & cós. 151. a n. 79. cú aliis ab eis relatis, late Sim. de Præt. lib. 3. interpre. 2. sol. 3. n. 8. Menoc. lib. 4 præs. 68. n. 10. & 76. n. 36. & idem consilio 152. vbi multa, & consi. 530. per totum, & consil. 458. a num. 16. vbi alios refert.

SECVNDA cóiectura deducitur † ex prohibitione alienationis 10
in primo gradu proposita, & in omnibus sequétibus repetita. Quæ prohibitio in casu proposito atteta vocatione prçdicta Ludouici, atq. suorú fideicómissú perpetuú inducit.

Cum

Cũ nec ob aliã cauſã, niſi vt in familia cõſeruẽtur bona alienari prohibita, adiecta præſumatur: ex nota. per illũ tex. in l. peto. §. fratre de leg. 2. Iaſ. conſ. 4. per totum volu. 1. Deci. conſ. 24. Pariſi. conſ. 57. & conſ. 58. a n. 2. lib. 2. Cõmunis in l. filius fam. §. diui de lega. 1. cũ aliis ibi notat. & Sim. de Præt. per multa. d. ſolu. 3. a n. 24. & Menoc. in cõſ. 484. per totum cum aliis ibi relatis.

TERTIAM inducit coniectu-
11 ram qualitas † maſculinitatis in omnibus etiam gradibus repetita. Propterquam, teſtator videtur, & ad familiam reſpicere, & tacitũ fideicommiſſum inducere. Cùm & hæc ſola inducat in conditione poſitos cenſeri etiam vocatos: ex Lappo, & Decio relatis per P. P. Pariſium conſi. 18. n. 30. & conſ. 57. a nu. 9. & conſi. 90. a nu. 16. lib. 2. & per Mar. Soci. nep. conſi. 126. a nume. 29. volu. 1. & conſ. 151. a num. 22. & conſi. 110. a nu. 23. & conſi. 145. nume. 37. volu. 3. Cepha. alios referens conſi. 251. nu. 48. & 75. de quo etiam Iaſ. conſi. 52. ſub num. 1. atq. 2. vol. 3. & Menoch. lib. 4. præſ. 76. a num. 27. cum ſequentibus, & late conſi. 152. & 393. Et ſi hos inducit eſſe vocatos: nimirum ſi vbi vocati, dicantur quoq. grauati.

QVARTAM (vt quidã etiã
12 volunt) coniecturam † inducit qualitas de legitimo matrimonio in omnibus etiam gradibus repetita. Cũ & ſola iſta tacitũ inducat etiam fideicõmiſſum: cum & faciat in cõditione poſitos dici vocatos: vt firmat Soci. nepos d. conſ. 141. per totum, & cõſ. 145. a n. 29. lib. 2. & cõſ. 110. n. 25. vol. 3. Sim. de Præt. lib. 3. interpre. 4. ſol. 3. n. 1. vbi etiam de aliis, & Manti. de cõiect. lib. 11. tit. 3. n. 7. Meno. lib. 4. præſ. 76. a n. 40.

QVINTAM & efficatiorem
cõiecturam † importat qualitas de- 13
lationis nominis, & armorum, ſiue trophei toties ſimiliter repetita. Ex qua manifeſtè deducitur diſponentem voluiſſe bona prædicta perpetuo in familia manere, & per cõſequens poſitos in conditione dici vocatos, & alias vocatos dici grauatos: ex eod. Soc. nepote conſ. 69. n. 20. vol. 3. de qua (vt honeſta) multa Pariſ. conſ. 19. a n. 38. lib. 2. & Rolan a Valle conſ. 70. n. 25. vol. 3. & Cepha. cõſ. 196. a n. 21. & cõſ. 251. a n. 85. & cõſ. 252. a n. 22. hãc etiã refert Meno. de præſ. lib. 4 præſ. 68. n. 13. & 69. n. 19. & cõſ. 117. n. 23. & Simõ de Præt. d. ſol. 3. n. 21. Quæ coniecturæ ſunt cõmunes, quoad omnes gradus de quibus in teſtamento relato.

SEXTA (& magis in ſpecie quoad Ludouicum, & ſuos, inter quos prædictus D. Chriſtophorus)
euidẽs videtur † diſpoſitio in cellu- 14
la, & gradu 6. præfato. In quo ſubſtituitur Ludouicus, illiuſq. deſcendentes in omnem euentum, quo fratres, eorumq. deſcendentes defecerint ſine prole maſculina, & de

 legi-

legitimo matrimonio procreata. Et inducitur maxime ex illis verbis. *Sin fillos, y descendientes, &c.* Cùm enim Michael Francisci filius fuerit in superiori gradu vocatus, & decesserit sine masculis: videtur sine dubio locum factũ Ludouico, & illius descendentibus. Cùm & illa verba habeant tractum successiuum (scilicet dictio descẽdẽtes:) ex Menoch. lib. 4. præsumptio. 69. num. 11. & consi. 530. per totum.

SEPTIMO (& magis ad indiuidua accedẽtes) idem Michael Francisci filius fuit in superiori gradu Ioannis respectu vocatus, atq. grauatus: vnde nimirum si respectu Ludouici, & suorum in eodem statu pręsumatur: licet Michael prędictus solum in conditione in eo gradu reperiatur. Cùm dici quoq.
15 soleat: quod primo gradu † sublato intrat inmediatus cùm eisdem qualitatibus: ex notat. in l. quandiu 2. de acquir. hæredi. & ex Paul. de Castro consi. 268. in princi. libr. 2. late Ias. consi. 132. a versiculo in primis lib. 2. & late Menoch. dicto consil. 530. a num. 13.

OCTAVO augetur coniec
16 tura: quòd † repetitio de tribus fratribus fuit eo modo facta ne ratione ordinis inter eos seruati, si aliter decedere contigerit, caducitas possit allegari. Et ita voluit circa omnia, & in omnibus prouidere ita, vt deficientibus superioribus gradibus, in quibus omnibus fuerunt dicti tres fratres, eorumq. omnium descendentes gradatim vocati, succederet Ludouicus, illiusq. descendentes, (suo casu) gradatim etiã vt supra. Ita sentire videtur Menoc. consi. 376. a num. 36. Ex quo grauamen subsecutum fuit prædictæ vocationis cõtemplatione iniunctũ, & non ratione conditionis adiectæ solum. Cùm & cõditio prædicta appareat respectũ prædictæ vocationis adiecta: ex Alex. consi. 24. sub nume. 5. volumine 3. Et in hoc consistit † maior difficultas. Cùm 17
recedentes à Bart. teneant cùm eo: cùm in aliquo superiori gradu appareat de vocatione illius, qui positus est in conditione, de quo Paris. consi. 44. volu. 2. & consi. 7. a num. 28. volumi. 3. Soci. nep. consi. 168. sub nume. 75. volu. 2. In quo etiam tenet implicare positos in conditione dici vocatos. Et late Menochius in consi. 530. per totum, in quo recedit ab his, quę alias ipse firmauit. Videatur in specie decis. Anto. Augustin. 8. libr. 1. de qua etiam meminit Franciscus Turturelius inter consilia Menochij 394. numero 20.

NONA ex eo etiã: quod quãdo † substituti filij, & descendentes 18
sunt (vt in casu isto) vocati in infinitum, & similiter filij, & descendẽtẽs in conditione positi: iudicantur hij honorati, atq. grauati. Cum filij, & descendentes Ludouici in 6. 7. vel vlteriori gradu reperti non possent aliter dici substituti, nisi & in simi-

similibus gradibus in condicione positi vocati, & grauati diceretur. Cum sit certum ex huiusmodi gradibus non futuros tempore mortis Fracisci prędicti. Frustratoria enim esset illorum vocatio, si restringeretur ad tempus mortis dicti Francisci: vt est manifestum: ita ex Menoch. consil. 152. num. 28. & consil. 277. & consi. 393. a num. 28. & 530. a numer. 16. versi. & ratio, & lib. 4. præsump. 68. num. 10. & præsump. 69. num. 11. præsump. 76. sub. num. 56. & 76. Simon de Prætis lib. 3. interpret. 3. dub. 1. sol. 10. nu. 18.

DECIMO, (& si aliqua dubitatio circa præmissa remaneret,) videtur ex alia coniectura vitari, & fideicommissum induci ex clausula, & cellula supra relata. Nã in omnibus gradibus superioribus filij, & descendentes fuerunt vocati, atq. grauati, & similiter in sequentibus.
19 Et cũ † ex præcedentibus præsumatur circa sequentia, & è contra: ex l. si seruus plurium. §. fi. de legat. 1. cum ibi notat. Multò maiori ratione ex præcedentibus, & sequentibus, simul circa media. Qui enim facit primum, & tertium gradum, videtur eodem modo constituere medium: per l. Titia Seio. §. Seia libertis de legat. 2. cum ibi nota. Bal. in §. pro secũdo. C. de cadu. tol. Iasi. consi. 33. & consi. 41. versi. 4. volu. 1. Paris. consi. 18. a num. 30. & consi. 41. numero 70. volumi. 2. & consi. 3. numero 17. & consili. 5. numero 72. vol. 3.

VNDECIMO præterea in eadem cellula, & gradu adiecit testator illa verba, *O menores de edad, y sin fillos legitimos, &c.* Quæ clausula cùm remanserit imperfecta (maximè quod circa illam aliqua verba reperiuntur inducta, siue deleta) facit præsumere testatorem vlterius processisse, & eodem modo, quo in superioribus gradibus, vocasse, atquè grauasse. Eo maximè † quod in 20
similibus casibus, quando verba remanent imperfecta, debent suppleri ex verisimilibus: ne diminuta, superflua, vel incongrua videantur: ex l. vnum ex familia §. fi. cum ibi notat. de legat. 2. de quo Castren. consil. 131. a num. 2. libr. 2. Et aliud verisimilius suppleri, vel subintelligi non potest: quam quod ex superioribus gradibus deduci potest, (fuisse scilicet filios, & descendentes vocatos, atq. grauatos, & Ludouicum, & descendentes in duobus casibus substitutos:) Primò casu quo Ramirus, Franciscus, & Ioannes decederent sine filiis, & descendentibus. Secundò in casu etiam, quo decederent cum filiis, & descendentibus, & prædictos filios, seu descendentes contigerit decedere sine filiis: Maximè si clausula prædicta referatur ad filios, & descendentes, & non ad illos tres fratres supra relatos. Quod ita declarat etiam Simon de Præt. libr. 3. interpreta. 3. dubi. 2. solu. 3. num. 2. ex Bart. in l. Centurio numer. 37. & Micha. Grassus in §. fideicommiss. quæst. 7. in fi. Eo similiter quod def

21 fectus † scripturæ suppletur per cõsequentium obseruationem: vt refert Cephal.consi.251.a nume. 90. cum aliis ab eo relatis, & Mantica lib. 8.tit. 1. nu.18.& Mich. Crassus §.14.ante nume.3.Menoch.consil. 232.a num.17.

DVODECIMO alia similiter inducitur coniectura:quod Ludouicus, & primus, & primogeni-
22 tus† respectu suorũ fratrum dicitur testatori prædilectus: ex nota. per Tiraquel.Lecirier,Moliná,& alios in tracta de Primogen.Communis in l.Gallus §.1.de liber. & Couarr. cap.38.lib.1.prac.Hoc enim est priuilegium naturæ,quoad primogenitum:de quo etiam Paul.Castren.in consi.164.lib.2.Cepha. consi.174. & consi.151.Et cum Ludouicus fuerit inter omnes relatos fratres Elisabethæ filios primus, & primogenitus: iudicatur testatori prædilectus.Et per consequens si respectu
23 † Ioannis minoris dicitur Michael Francisci prædicti filius vocatus, atq.grauatus ad effectũ, de quo agitur; multo maiori ratione respectu præfati Ludouici:ex Socin.nepote consi.110.sub num.39. versi. qui etiam volum.3.Menoch.in consilio 434.a num.35.Et similiter si Ludouicus, vt primogenitus,reperitur in inferioribus grauatus:multò maiori ratione est præsumendum superiores eidem quoque grauatos.

DECIMOTERTIO, Item
24 qualitas gradus† (quia omnes fratres) inducit voluisse testatorem eosdem parificare:cùm commode non posit maior ratio in minoribus,quàm in maiori,& primogenito considerari:ex not.in l. iam hoc iure de vulga.per l.non solum. §.1. de Ritu nup. & l.fi. ad Trebel.quatenus loquitur de successione bonorum patris.Cum igitur respectu
† minorum induxerit:nimirum & 25
si respectu maioris: ex Soc. nep.in consi.66.num.2.volu.3.ex Cepha. consilio 115. a numero 16. in simili & in consilio 166.nume. 46. cum aliis.

DECIMOQVARTO. Præterea †non est credendum,testatorẽ voluisse Ludouico, & illius descendẽtibus reiectis, ad extraneas, alienasque familias Castra præfata deuenire: ex not.in l. cum auus de condi. & demonstra. Maximè quia Castra qualificata.

DECIMOQVINTO. Alia, & vrgentior coniectura deducitur ex clausula. *Et si todos los suso nombrados.* Quia iuxta congruam locutionem videtur ad Ramirum, Franciscum, & Ioannem, & omnes illorum descendentes referenda.Maximè quod clausula † in fine adie- 26
cta refertur ad omnia superiora:ex not.per illum text.in l.si idem cum eodem de iurisdictione om. iud.& in l.talis scriptura de legat. 1. cũ aliis ibidem not. Quod cum ita sit: in casu proposito prædicta dispositio,siue clausula cõprehendit Franciscum

ciscum prædictum, illiusque filiũ, & descendentes, & in prædicti Michaelis defectum succedet Ludouicus, vel illius descendẽtes, seu proximior, qui reperietur: licet aliàs nõ admitteretur, vt successor Ludouici prędicti, de quo Ias. in l. 1. C. de libe. pret. & in cons. 15. volu. 1. Socin. nep. consil. 110. numero 35. vol. 3. Paris. consilio 12. a numero 175. libr. 2. cum aliis relatis ab eisdem.

DECIMOSEXTO. Efficacem inducit coniecturã: quod in eadem clausula Michael prædictus Francisci filius, & in superiori gradu in cõditione positus proximiorum respectu reperitur grauatus, & tale grauamen in necessariam antecedentiam præsupponit, eundem, siue expressè, siue tacitè honoratum. Et propter † hanc solá coniecturam multi tenuerunt cũ Bart. in prædicta l. Centurio vbi communis. De quo Paris. in cons. 18. a numero 49. libr. 2. Cassane. latè consilio 14. per totum, multos refert Soci. nep. 158 lib. 2. & consilio 110. numero 22. volum. 3. maximè præcedente vocatione Michaelis prædicti de qua supra in locum Ramiri, & illius descendentium de quo Alexandr. consilio 24. a numero 5. volumine 3. & consil. 185. sub num. 28. volum. 2. & Cephal. consi. 193. a numero 7. Socin. nep. consil. 151. in fin. lib. 2. & Menoch. consi. 85. sub numero 43. Et hæc videtur, quæ magis vrget in huiusmodi casu. Cùm negari non possit, præfatum Michaelem, vt Francisci filium, reperiri in eodem testamento vocatum, & inter vocatos inductum reciprocum fideicommissum.

28

DECIMOSEPTIMO. Sequitur † ex eadem clausula, & alia coniectura à multis approbata. 29
Quia vocat proximiorem post omnium superiorum mortem ad totam hęreditatem, siue ad omnia castra prædicta. Quo casu absolutum inducitur fideicommissum: ex l. Titia Seio. §. Seia libertis de legat. 2. latè alios referens Socin. nep. consil. 110. a numero 32. & cons. 145. a numero 32. & consi. 145. a numero 40. lib. 2. & Cephal. consi. 166. a numero 39. cum aliis ab eo relatis.

DECIMOOCTAVO. Additur † & alia quæ à multis efficacissima iudicatur. 30
Quia in eadem clausula post omnium superiorum mortem, seu potius post mortem vltimi eorum vocauit proximiorem, qui de tempore reperiretur: propter quod testator solum videtur contemplasse familiam; & ob id inductum quo ad omnes superiores, & in conditione positos fideicommissum: ex Paris. cons. 89. & 168 lib. 2. & cons. 8. numero 28. volu. 3. Maximè adiecta, & in omnibus gradibus repetita qualitate masculinitatis, prohibitione alienationis, & delationis nominis, atque Trophæi, &c. ex Cephal. cons.

151.

151. numero 81. & consl. 166. num. 25. in quibus alios refert.

DECIMONONO. Multi
31 etiam putant † facere ad inducendum prædictum fideicommissum in fauorem Ludouici clausulam codicillarem in prædicto testamento contentam, & illam: eo meliori modo, &c. Quarum virtus illa putatur: vt etiam à venientibus ab intestato fideicommissum relictũ esse dicatur: ex Alexand. consilio 50. numero 3. & consilio 51. numero 3. volumine 6. & consilio 4. numero 8. volu. 7.

VIGESIMO. Ex eo etiam
32 quod inspecto † toto testamenti tenore videtur, testatorem voluisse inducere maioratum in castris in testamento relatis. Cùm semper de gradu in gradum vocauerit masculum de maiori in minorem, & ita primogenitum de legitimo matrimonio procreatum, & in perpetuum, donec reperirentur, cùm prohibitione alienationis, & obligatione deferendi nomen, & insignia familiæ. Quo casu nemo videtur dubitare inductum absolutum, & perpetuum fideicommissum: ex Molin. in tracta. de primogen. 1. parte cap. 4. & 5. & ex Menoch. consilio 326. a numero 70. & consilio 106. a numero 307. & consilio 575. numero 15. ex Romano consilio 438. a numero 13.

VIGESIMOPRIMO. Videtur tollere omnẽ difficultatẽ pro parte Christophori prædicti: quod non videtur necessarium recurrere ad coniecturas ab extra deductas. Cũ ex testamẽto appareat de disponentis voluntate manifesta: iuxta. l. cum proponebatur. Et cùm ex eodẽ testamento non solũ narratiuè, sed & dispositiuè deducantur, vt ex clausula finali prædicta: nõ videtur dubitãdum inductũ fideicõmissum pro Ludouico, & illius descendẽtibus, licet expresse relictum in eo testamẽto in prædicto sexto casu negaretur: ex Menochio in consilio 326. cum aliis ab eo relatis.

VIGESIMOSECVNDO
Item hoc fideicommissum † est re 33
bus, seu castris iniũctum, & ita reale, & bona sunt qualificata. Quæ duæ qualitates in casu proposito, (non obstante, quod filij fuerint positi in conditione) inducunt fideicommissum: ex Menoch. lib. 4. præs. 68. numero 14. & præs. 69. n. 18. & præs. 131. numero 12. Simon de Præt. libr. 3. interpret. 3. dub. 1. fol. 10. numero 25.

VIGESIMOTERTIO.
Et tandem pro complemento allegatur, quod D. Garsiæ prædecessores tale fideicommissum acceptasse, vel approbasse probatur in quibusdam cõcordiis inter partes initis. Quod Domino Christophoro videtur tollere omnem difficultatem. Cùm confessio † partis rele- 34
uet

uet ab onere probandi ſupra relato: ex not. in l. 1. & toto titulo de confeſſ. vbique ex Socin. nepote conſ. 180. num. 33. lib. 2. Maxime quod. d. confeſsio (ſi quæ ſit) videtur habere præſumptionem veritatis ex ſupradictis.

VIGESIMOQVARTO.

35 Quibus † ita vt ſupra poſitis cùm apud multos obtinuerit, filios in conditione poſitos, atque grauatos dici vocatos: iux. opinionem Bar. in d. l. Centurio: & apud plures (ſaltim concurrentibus aliquibus, licet leuibus coniecturis, & eiſdem concurrentibus) vocatos in conditione poſitos dici grauatos. Quanto igitur magis concurrẽtibus tot, & tam efficacibus, & vt videtur neceſſariis ex eodem teſtamento deductis: iuxta tradita per Alexand. conſi. 98. volu. 4. Pariſ. conſ. 76. nume. 9. & conſi. 77. num. 6. & conſil. 78. num. 7. libr. 2. Socin. nep. conſilio 141. numero 8. & conſilio 158. numero 73. & conſilio 168. & 174. lib. 2. & conſilio 110. à numero 10. volum. 3. Cephal. conſilio 151. à nume. 74. & conſilio 159. à nume. 11. de omnibus his latè Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 8. titu. 1. & lib. 11. tit. 3. & Menoc. de præſ. lib. 4. præſ. 68. & 69. idẽ conſ. 232. nu. 28. qui multos refert ad quos me remito, & etiam Sim. de Prætis in terp. li. 3. & Craſſus lib. ſentẽtiarũ §. fideicommiſſum cum aliis infinitis. Quod & Rota videtur ecuta apud puteum deciſione 115. volu. 3. & Auguſtinus deciſio. 8. volumine 1. Tanto etiam magis quod licet non vt Ludouici ſucceſſor: vt proximior, prædictus D. Chriſtophorus reperitur diſpoſitiuè in vltimo gradu vocatus.

Sed diligenter conſideratis ſingulis gradibus in teſtamento prædicto contentis dicimus, Ludouicum, illiuſque deſcendentes à prætenſo fideicommiſſo (non obſtantibus ſupradictis) excluſos, & contra D. Chriſtophorũ ſufficere prædicto D. Garſiæ allegate. Quoad te liberas ꝗ deshabeo: vt eſt ſupradictum.

QVOD ex tribus fundamentis principaliter deducitur. Quorum primum fundabitur in forma verborum cõtentorum in gradibus in quibus vocantur Catherinæ filij, & violantis. Secundum in forma vocationis Ramiri, Franciſci, & Ioannis, eorumq. filiorum, & deſcendẽtium. Cùm (inter alia) filij prædictorum fratrum vocati non reperiantur, niſi in caſu, quo reſpectiuè parentes (cum conditio aduenerit) non eſſent in rebus humanis. Tertium ex forma ſeruata in gradu, quo Ludouicus, & ſui vocantur: cum ſolum parentibus, & non filiis ſubſtituti reperiantur.

PRO quorum trium capitum, & totius cauſæ reſolutione præſuponamus oportet, † difficillimum, 36

& periculosissimũ esse, ex coniectu ris querere decedentium mẽtes: prout ab interpretibus consideran tur. Cùm sæpe iuxta nostrum modum intelligendi iustas dispositiones trahamus ad iniquas interpretationes: contra l. penult. ad exhib. Quod & apud multos consulentes hodie videmus, & in casu de quo nos. Cùm circa eundem, iidem sæpè variatint. Propter quod in hac materia Dec. consilio 89. sub nu-
37 mero 3. dicebat † tutius, & securius esse non recedere à verbis: cum aliàs sæpè fallamur, atque fallamus: vt idem in consilio 279. & Menoch. de præs. lib. 4. præs. 67. numero 7. & consilio 14. a numero 1. & consilio 326. numero 6. Nec
38 sufficere † testatorem ita voluisse, sed disposuisse: per. l. iubemus. C. de test. & in l. ambiguo cũ ibi not. de rebus dub. & l. quoties. §. tantundem, & l. quidam cum filium de hæred. instit. perquam ibidem Bald. dixit declarari omnia iura de
39 coniecturata † loquentia: vt intelligantur, dum tamen verbis aptis, & idoneis processerit testator ad dispositionem. Quod manifestius deducitur ex l. cum proponebatur de legat. 2. cum iuxta communem reciproca facta in gradu secundo non præsumatur in primo: nisi testator expresserit in illo omissam per errorem. Propterquam ibidem Bald. & Paul. dicebant, quod eo modo præsumitur dispositum, quo reperitur scriptum, siue ex-
40 pressum, & quod † scriptum non reperitur iudicatur omissum: ex eod. Bald. in §. sinautem ad deficientes de cadu. tollendis. C. Paul. Castren. consilio 164. numero 2. & consilio 171. & 180. lib. 2. videndus etiam Iason quoad totam causam consilio 228. & 243. a numero 4. lib. 2, Dec. consilio 63. numero 3. & in dicto consilio 89. & 288. & 292. & 511. in quibus decidit casum, de quo nos, & P. P. Paris. consilio 3. numero 8. & consilio 39. numero 3. & cons. 86. a numero 4. & consilio 87. volumine 3. Socin. nep. consilio 151. a numero 2. libr. 2. & consilio 100. a numero 18. & 59. volumine 3. Roland. a Valle consilio 56. per totum Mantica libr. 3. de coniectur. vltim. voluntat. titulo 6.

ET quamuis † solemnitas illá 41
verborum apud antiquos circa legata, & fideicommissa particularia præscripta (de qua in princ. de legat. & in fin. de singul. reb. per fideicommiss. relict. in instit. & in l. quoniam indignum de testa.) per Constantin. constantium, & Constantem fratres fuerit antiquata: ita vt non intersit, an quis talé voluntatem verborum casu expresserit, aut quem loquendi modum effuderit: vt in l. in legatis. C. de legat. Voluerunt tamen,
† vt in similibus legatis, & fidei- 42
commissis liqueat talis intentio, & transeat in dispositionem, siue per verba directa, siue precatiua, vel obliqua, siue impe

imperatiua, siue consultiua, siue declaratiua, siue enunciatiua principaliter propter tale legatum, seu simile fideicommissum ad honoratum, & grauatum directa: & ita dicto. §. fina. & l. eo modo, & l. etiam hoc modo & l. si sic legatum de legat. 1. & l. cum pater. §. donationis de legat. 2. & l. fideicommissa cũ suis §§. de legat. 3. cũ aliis sexcentis, & constando de similibus modo relato procedit l. in conditionibus de condi. & demonstra. quæ omnia firmantur ex dicta l. cum proponebatur verbo (expressit,) & dictione (voluntatem manifestam,) & ex illis cõiectura potest admitti: cum eam in similibus tantum coniecturam admittat. quæ ex prædicta expressa declaratione in secundis tabulis, vel eodem testamento facta processit: & ita etiam l. 2. C. communia de legat. & l. 3. C. de libe. præt. & exhæreditatis.

ET similiter licet quoad fidei
43 commissum † vniuersale multi opinentur, sufficere quouis modo, & ex quibuscumque coniecturis de disponentis voluntate constet: maximè postquam compilatores iuris, ocasione l. 2. C. communia de legat. & fideicommissis transtulerunt ad principium tituli. ff. de legat. sententiam, siue regulam Vlpiani, quam proposuerat lib. 67 ad edictum, solum & dumtaxat ocasione legatorum, & fideicommiss. singularium quatenus ad illud interdictum pertinebat, & spectabat: vt deducitur ex fine. l. 1. quorum bonorũ, & ex l. 1. quorũ legatorum. iuncta inscriptione. Tamen non attenta † dicta consideratione. 44
§. interdum l. denique de pecul. legat. & aliis, quæ propriam causam habent quoad prædicta fideicommissa inducenda, magis specifica, & perspicua voluntas, & dispositio, quam in singularibus desideratur: cum de maiori præiuditio in istis, quàm in illis agatur. Et propterea, si in legatis, & fideicommissis singularibus inducendis requiritur, vt de voluntate clare constet per verba supra relata, & per propriam dispositionem. Multo maiori ratione in vniuersalibus, & vbi de tota hæreditate tractatur: per dictã l. quoties. §. tantundem, & per l. quidam cum filium de hæred. instit. vnde melius sentientes tenuerunt, debere constare de voluntate aliterquam per voluntarias coniecturas, & ita vt talis voluntas transeat in dispositionem: ex Bald. in l. vnica. C. de his qui ante apert. tabu. Alexandr. Iason. in l. 1. C. de libe. præt & exhær. ex Paul. Castren. in consilio 28. a numero 2. lib. 2. ex Iason. consilio 28. versiculo 4. libr. 2. vbi quoad omnia viden. Parisien. consil. 44. numero 25. & consilio 86. & 87. numero 16. & 21. & consilio 89. numero 4. libr. 2. Rolan. a Valle consi. 56. per totum lib. 3. Cephal.

consil.107. in fi. cum aliis infinitis ab eisdem relatis.

ET (vt tollatur omnis difficul-
45 tas) licet † per Constantinum in l. fi. C. famil. herciscun. fuerit admissum, dubias tantum ascendentium erga descẽdentes dispositiones ex coniecturis elici posse: quod & Theodosius aliqualiter amplificauit in l. hac cõsultissima. C. de test. Tamen nouissimè Iustinian. attendens inconuenientia, quæ ex coniecturis in omni dispositione subsequebátur, & quod illis admissis potius diuinatoribus, quã interpretibus indigebamus: & attendens similiter, quod licet in omnibus (maxime tamen in extremis dispositionibus) perspicuitas, & claritas desideratur, prædictas & aliàs constitutiones cõiecturas admittentes correxit, & antiquauit, & statuit etiam quoad fideicommissa coniecturas reiiciendas, & præcissa verba solũ attendenda. Cùm si alter statuere, & ordinare voluisset testator in sua fuisset potestate per expressa verba disponere: ita expresse in d. constitutione 107. de extrem. voluntat. siue de test. imperf. Quæ magis fortificantur, ad tollendam omnem difficultatem ex const. eiusdem Iusti. 159. in §. vnde subtilius de rest. fideicommiss. cum ibi principaliter, & de fideicommisso agatur, & constituat, verbis testamenti esse inhærendum, licet de contraria disponentis voluntate per multas coniecturas ex eodem testamento deductas cõstare videatur. Quæ sola const. decidit casum, de quo nos.

EX superioribus igitur regulam † constituamus oportet de iure cõ 46
muni: quod tunc sequimur volũtatem, quando per verba expressa, præcisa, & dispositiua fuerit inducta, vel saltim, cum verba voluntati conueniunt: non autẽ quando repugnant: vt in 6. gradu præfato, in quo, nec alibi reperiuntur Ludouicus, nec sui filiis fratrũ aliquo modo expresse substituti. Quod & firmauit Iason in cons. 4. sub num. 2. volu. 1. ex Ancharra. cons. 51.

Ex quib⁹ etiã † quoad casũ, de quo 47
nos, ex vno substitutionis gradu non inducetur ad alium, nec quod in vno deficit ex alio supplebitur: sed grauamẽ, quod in illo fuit omissum, habebitur pro semper omisso: licet & in sequenti gradu grauamen contineatur. Quod & de iure iuxta regulas etiam cõmunes erat manifestum: per d. l. cum proponebatur, & probabitur latius quã ex P. P. Paris. cons. 86. sub n. 40. lib. 2.

Superiora (licet de iure cõmuni sint manifesta) in Aragonia † proce 48
dũt sine aliqua dubitationis specie. Cũ in hoc Regno iuxta illius leges, dispositiones intelligantur ad literam, siue vt litera sonat: ex obseruãtia de equo vulnerato, & obseruantia. Item iudex. de fide instrumenmentorum. ex foro 4. de testam. & Molino variis in locis. Et quia

hoc

hoc est manifestum, non curo referre: cum & vulgo dici soleat, standum est cartæ. Cautè namque, & prudenter iux. prædictam Iustinia. constitutionē fuit dispositū, verbis tantum esse inhærendum, & à lite
49 ra † non esse recedendum ad tollendas similes extensiones, vel interpretationes, seu potius diuinationes. Propter quod Alexa. consil. 198. num. 18. volu. 6. posuit regulā
50 generalem; quod vbi standum † est literę, dispositiones nullā recipiunt interpretationem, nec declarationem, nec extēsionem, nisi propriā significationem: per l. 1. de his quæ in testamento del. Adeo quod nec
51 dispositio † trahitur ad benignum intellectū, vt dicebat Bald. in l. 2. C. de patribus qui fil. suos distra. In
52 tantum quod nec † sub simplicibus continetur casus mixtus, & quod
53 fortius est: quod nec sub † vulgari expressa, contineatur tacita pupillaris, nec è contra: licet a lege comprehensa intelligatur: vt refert Ias. in cons. 52. a num. 1. volum. 1. & in consi. 205. a num. 3. lib. 2. in quibus alios refert. Vnde etiam Dec. in l. quamuis a num. 4. C. de impub. dicebat: quod vbi standum est cartæ,
54 † siue literæ (vt in casu proposito) nō procedit dispositio l. cum auus, & l. cum acutissimi, & per consequens. §. cum ita cum aliis infinitis, quæ regulantur ab intentione contra verborum proprietatem: vt in l. Titius. §. Lucius de liber. & Posthum. cum aliis similibus. Et in Aragonia sunt infinita exempla, quæ quia notoria, non curo referre. De quibus etiam Mantica de coniecturis vlti. volunta. libro 5. titulo 14. à nume. 26. Si certa igitur † præsumptio, & interpretatio a lege deducta, siue per legem admissa nō admittitur, vbi standum est li 55
teræ: quanto minus incerta, & contra verborum proprietatem, & per mendicata suffragia; & ex voluntaria verborum interpretatione, & extensione quæsita. Ex quibus ad casum de quo nos: cum verba vocationis Ludouici, & suorum repugnent intentioni illorum (cum non reperiantur substituti filiis illorum trium fratrum, sed solum ipsis fratribus,) dicemus præsumptiones relatas non esse in consideratione. Quanto magis, quod quando voluntas non potest commode verbis adaptari, stamus potius præsumptioni, quæ deducitur ex verbis, quam præsumptæ voluntati. Cum præsumptio, quæ deducitur ex verbis, sit iuris, alia hominis. Et iuris præsumptio † præponderet 56
præsumptioni hominis: vt in specie proposuit Paul. Castren. & alij post eum in l. in ambiguo in principio. de rebus dub. Quæ omnia procedunt sine difficultate; cum in Aragonia non quæramus, quid testator voluerit, sed quid disposuerit, & in hoc Regno plus valeat scriptura, quam quod peractum est: iuxta. l. si alij in fine de vsufruct. legato.

ET (vt ad particularia magis

accedamus) cum præsumptiones
57 † contrariis dispositionibus, imo & præsumptionibus submoueantur: ex Alexa. consi. 124. numer. 11. volum. 6. & ex Soci. nepote. consil. 158. nume. 46. lib. 6. Quoad casum, de quo agitur, tantum abest, quod ex presũptionibus supra relatis pro parte aduersa probetur fideicommissum inductum: quod imo si attẽtè conditiones in testamento adiectas consideramus, licet alias fuerit inductum in dicto sextu gradu probaretur extinctum, & tandem partem aduersam ex deffectu conditionum reiiciendam.

QVO ad primum igitur gradũ atq. secundum, filij Catherinæ, atquè Violantis vocantur sub diuersis conditionibus copulatiuè conceptis. Vocantur Catherinæ filij in casu, quo contingeret Contesinam primo loco institutam decedere sine filiis, & illius filios sine filiis, & descendentibus, & etiam eo casu, quo deficiente superiori conditione: tunc dicta Catherina nupta reperitur, & adiecit etiam testator illa verba. *O de matrimonio legitimo haura hauido fillos, &c.* Quæ clau-
58 sula † licet disiunctè cõcepta, deberet importare coniunctam propter impossibilitatem, & in fauorem filiorum (quod & in Aragonia ad excusandum fideicommissum admittitur in foro 4. de testa. iuxta dispositionem l. pen. C. de verbo. signi.) Quomodocumq. tamen illa particula, *o*, intelligatur, siue coniunctè, siue disiunctè, siue augmentatiuè, siue quouis alio modo quoad casũ, de quo nos, idem importat: ex Iass. consi. 64. n. 2. vol. 1. licet iuxta regulas iuris in hoc casu pro coniuncta, *o*, intelligi debeat: ex l. Lucius 2. de hæred. instit. & ex l. generaliter vbi Ias. sub num. 1. C. de instit. vbi quoquè alij.

QVOMODOCVMQVE sit sub duplici, vel triplici conditione copulatiua fuit illa substitutio cõcepta: scilicet si Cõtesina decederet sine liberis, & de illo tempore reperiretur nupta Catharina, & si vidua, filios iam haberet procreatos. Et quãdo † plures conditiones 59
copulatiuæ dispositioni adiiciuntur: omnium concursus requiritur, vt fideicõmissum ad effectum deducatur: ex l. si hæredi plures de cõdi instit. & ex §. penul. de hæred. instit. de quo post alios Dec. in consi. 417. a num. 1. & quia hoc de plano procedit non insisto.

QVOAD nos igitur circa hũc gradum in facto duo considerantur. Primum quod quando Contesina decessit sine filiis, nõ erat nupta Catherina, quæ nec vnquã nupsit. Item, & secũdo quod nec filios de eo tempore natos habebat, quos nec vnquam habuit. Et constat de expressa disponentis voluntate, noluisse fideicommissum inducere: nisi in casu, quo tempore mortis Contesinæ nupta Catherina reperiretur, seu saltem contraxisset. Cum

igitur substitutio fuerit facta in hoc casu indiuiduo, & ad certum tempns limitata, & coarctata: nimirum
60 si deficiente prædicta conditione† quoad omnes gradus sequentes expiret substitutio: ex Iasso. in consili. 148. versicu. non obstat 4. libr. 2. Quod facilius persuadetur iuxta ll. Regni: cum iuxta illas stemus literæ, vt est supra dictum.

SVPERIORA firmantur etiam ex regula illa generali: quod
61 substitutio† respiciens vnum tempus, seu vnum indiuiduum casum, non comprehendit aliud tempus, nec alium casum: per l. si ita quis. & per l. si mater in fine. de vulgari vbi communis. Substitutio, de qua nos, fuit facta in hoc indiuiduo casu: si tempore mortis Contesinæ nupta fuisset Catharina, & restricta, & coarctata ad illud tempus mortis per illa verba. *& en el dito tiempo.* Quibus concurrentibus (licet alias de casu ad casum iuxta cõmunis iuris dispositionẽ admitteretur extensio, non admitteretur in isto. Cùm specialis prouisio sic arctetur ad casum expressum: vt aliquo modo pertinere non posit ad omissum: vt ex Bald. refert Iass. in l. commodissime. numero 2. de liber. & posthum. quod & affirmat idem Iass. respondendo ad quartum argumentum in dicto consil. 148. libro 2. videatur Menoch. cõsilio 171. a numero 15. Et cum e-
62 tiam † in ommisis nec tacita præsumatur adesse voluntas: vt dicit Bald. in consilio 167. volumi. 5. & late Iass. in consilio 66. volumi. 3. Præsertim existente tali limitatione, & restrictione: dicemus defecisse cõditionem quoad omnes gradus sequentes. Præsens enim, & non futurum tempus verbum illud ostendit: iuxta l. si ita. de auro & argento legato.

DICET aliquis. Verba præ- 63
teriti † ad futurum quoquè referuntur: ex Bart. in l. 1. numer. 34. de conditio. & demonstrati. & Menoch. consilio 1. num. 194. Et propterea illa clausula. *Et en el dito tiempo la dita Cathalina, &c.* non inducat, debere esse nuptam, vel nupsisse, nec filios procreari debere, & postea deficere: sed inducat, quod si Contesina, & sui decesserint sine filijs: tunc si Catherina nupta fuit, & filios, vel alios descendentes reliquerit, illi; sin autem sine filiis decesserit, vel quia nupta nõ fuit, vel nupta non procreauit, vel procreatos viuens amisserit, filij Violantis succedant. Et ideo illa verba, *Si los haura hauido, &c.* declarentur: si filios habuerit, & dimisserit, quod si non habuerit, & ita sine illis decesserit, tunc &c. Quod ex adiectione descẽdentium Cõtesinę, Catherinæ, & Violantis suadetur. Ac similiter ex particula, O. Cum correctiue videatur adiecta. Cũ alias qualitas illa. *Sera en matrimonio collocada, &c.* congrue referri non pos-

sit

sit ad tempus mortis At nepotum Cōtesinæ præfatæ:& ita intret doc tri.Romani.consi.333.circa propositionem Bart. in dicta l.1. Tamen
64 cum † verba sint (ita vt supra)præcissa:prædictus sensus non potest admitti. Et casu quo non requirāt illa verba de tempore aduenientis conditionis Catherinam actu esse nuptam: requirunt tamen contraxisse,seu contrahere debuisse.Quæ cum nunquam contraxerit, defecit conditio. Nec,O, particula correctiue fuit adiecta:cum si per eam errorē voluisset significare: in sequenti gradu in eodem sensu eadē non fuisset vssus.Atq. similiter verba, *haura hauido fillos,&c.* Præsuppo
65 nunt, † eos nasci debere: Cum ad dictum tempus referantur. Quod si nati non fuerunt,defecit quoquè conditio.Et propterea clausula illa,si decesserit sine filiis, intelligitur de filiis,vel descēdentibus procreatis,& illa viuente defunctis: vt in propria specie(licet non in tam præcissis verbis)declarauit Menochi.dicto consil.326.à num.1.vt ex casus positione præcipitur.

66 ACCEDIT quod testator † non substituit Catherinam, sed illius filios iam de eo tempore mortis Contesinæ procreatos sub illis verbis.*O de matrimonio legitimo haura hauido fillos*,Quæ clausula,siue alternatiue,siue copulatiue intelligatur, hunc effectum habet:quod si tempore mortis Contesinæ, filios non habebat Catherina, non inducebatur fideicommissum. Et cum filios nec tunc, nec vnquam habuerit,nec procreauerit cessat fideicōmissum quoad gradus sequentes. Pro quibus inter alios viden.Deci. consilio 63.& 394.ex Alexan.consilio 22. volumine 3.& Menochi. consilio 326.nume.5.& consi.379. à num,15.

FIRMATVR superior propositio ex illorum † opinione, qui 67
existimant, substitutionem factam de filiis nascituris non comprehendere casum, quo non nascerentur. Quod magis procedit in casu isto: cum testator voluerit iam tempore aduenientis conditionis esse natos. Et cum nunquā aliquis natus fuerit,cessat dispositio.Quod & in gradu Violantis continuauit. Quæ geminatio,& repetitio(cum sit vniformis) propositum disponētis iuxta verborum proprietatem ostendit. Quam formam in nepotibus omissit, & circa illos alio dicendi modo fuit vssus.Qui modi † diffe- 68
rētes inter fęminas,sorores,& masculos nepotes credere facit,testatorem,ita vt verba sonant, voluisse, & aliter in vno quam in alio:ex Menoch.consili. 171.per totum.Istam opinionem firmauit Oldra.consil. 142.& 177.& Ioan.Andre.in addition.in Speculat. in titul. De testamen.§.in primis in fine.De quo & Alexan.consi.1.nume.13. volu.1.& Maria. Soci. nepos alios referens

consi.

consil.169.per totum libr. 2. & viden.consil.100.a num.25.vol.3.de quibus latius infra. Et cum nullus
69 † natus sit substitutio præfata habetur pro non scripta, ita vt succedãt venientes ab intestato: ex Paulo de Castro in consilio.394.numero 5. lib.1.

70 ET licet † inter alios Ias. consi. 148. lib.2.& Dec. consilio 127. & & 238.& Soci. nepos consilio.181. lib.2.& Cephal.consi.649.& Burs. consil.19. & inter communes libr. 17. in verbo substitutio. referant, communem esse contra Oldradũ per rationes, & auctores ab eisdem copiosè relatas. Tamen licet (citra præiuditium veritatis) contraria fuerit communis opinio, concurrentibus qualitatibus, & circunstantiis, de quibus infra, non infirmãt casum, de quos nos. Communis enim illa opinio, (si communis dici potest) procedit, pro vt casum firmauit Oldradus, cum simpliciter fit mentio de nascituris. At in
71 casu nostro testator, † tempus, personas, & casum limitauit, atq. præscripsit cum adiecit. *En el dicho tiempo, & haura hauido fillos, & en el dito caso.* Quæ verba (ita vt in testamẽto) præcisè, & restrictè formata manifestè excludunt casum nõ natorum, & non solum non est casus non natorum in testamento comprehensus, vt in l.commodissimè: quod imò videtur expressè seclusus. Ex quibus magis est, vt non dicatur in casu prædicto fideicommissum inductum: ex l. si ita quis de vulga. Et vt verbis Pauli vtamur in l.Titius. §. Lucius de liber. & posth. dicimus verba testamenti ad eos filios esse directa, qui nascerentur, & ad eos, qui tempore aduenientis conditionis nati reperirentur, & nõ referri ad casum, quo non nascerentur: maximè cum & post mortem illorum fuerint, & alij eisdem substituti, si decederent sine filiis, quod & in gradibus sequentibus fuit continuatum. Cum itaque vltra qualitatem nuptiarum præcissam voluerit, etiam præcissè testator, adesse filios iam natos tempore mortis Contesinæ; videtur sine dubio exclusisse casũ, quo non nascerentur: vt illis non natis quoad omnes gradus sequẽtes cesset fideicommissum: ex l. Titius priusquam de testamen. milit. & ex Paul. in consil.184.numer.2.lib.2. Quoad casum igitur indiuiduum de quo nos, concurrentibus qualitatibus supra relatis ita præcissis, & limitatis (vt ex litera constat) superius relati tenuerunt sub expressione nasciturorum, vel natorum, non comprehendi, casum non natorum: in specie Ias.d.consil. 148. versic.non obstat quartum, & faciunt auctores relati per Soci. nep. cons.180.& præsertim d.consi.181. vbi num.58.aduertit non procedere com munem, quando verba præcissa fuissent, & ad vnum casum directa: vt in casu isto. Et licet in d.consi. 81. non admisserit simpliciter prædictas authoritates, eãdẽ

tamen post modum, omnino perspicatius cōsiderans approbauit in consilio 100. volu.3. Et licet non in tam fortioribus terminis eandem sequitur in specie in consil.169.lib. 2.viden.etiam Dec.cōs. 63. a prin. & vltra Cephal. & Bursat. locis citatis videatur Alexan.cons.1.à numero 13.& consi.22.à num. 3. vol. 3.& cons.13.à num. 4.volum.4.& consil.158.numero 9.volum. 6. & Menoch.consilio 171.à numero 1. & nume.19.& 326.à numer.13.vbi multos refert,& Mantic. lib. 11.tit. 6.sub num.1.refert Ruinum asseuerasse cùm Oldrado esse communem. Tanto magis quod tenentes contra Oldradum fatentur,† atten
72 tis verbis fundari opinionē illius: cum & sub illis non contineatur casus non natorum,sed attenta praesumpta disponentis voluntate casum natorum extendi ad casum non natorum: vt dicit Manti.d.tit. 6.numero 2.in fin. Quibus sic stantibus ex opinione † omnium se-
73 quentium, & non sequentium Oldradum dicemus in hoc Regno illius opinionem sequendam : cum à verbis non recedamus,nec similes extensiones admittamus , non obstante centumuirali iuditio , à quo non solum Oldradus , sed infiniti alij , de quibus per Menoch. consilio 326.à nume. 25.ex Alciat. respons.492.contra Dec. & consi. 532. recesserunt : ita vt dubitari posit quæ de iure fuerit cōm.opi.

IVVANTVR etiam superiora,† ex eo quod præfatæ condi- 74
tiones non sunt necessariæ, sed mere voluntariæ: & ideo specificè implendæ , & ad alium casum non extendendæ:per l.cohæredi.& l.Mæuius de condi. & demonstra. ex notat.per Bartho.& alios in l.Gallus. §.& quid si tantum ex Paulo Castr. consi.86.à numero 2.volu.1.ex Alexan.d.consili. 1. volum.1.Decio. consi.63.numero 3.& consil.95. & consilio 73.numero 31.libr. 2. Rolan.à Valle latè cons.58.à numero 11.& consilio 69. à numero 20.& cons.39.volum.3. Mari. Soci. nep. consilio 180.num.41.& consil.181. volum.2.& consilio. 4. & consilio 100. volumine 3. cum infinitis aliis.

ET quoad casum † nostrū adeo 75
verba relata sunt præcissa , & restricta : quod substitutio prædicta non intelligitur facta de filiis natis post defectum cōditionis, seu post mortem Contesinæ, sed solum, & dumtaxat de filiis,qui tunc iam nati reperirentur : ex Paul. de Castro cons.16.num.5.lib.2.cum nec iuxta formam verborum in postmodum nascituris videatur concurrere præsumpta voluntas. Vnde substitutus nato,† non dicitur substitu 76
tus nascituro , nec si nascituro intelligitur substitutus iam nato : ex Iasone consili.29.versiculo quarto pro eodem,& consilio 66.versi.4. principaliter volumi. 3.quod & in fine consi.adeo exagerat,quod affirmat in hoc casu esse in claris: cum

cum conditio præfata defecerit:& idem consi.120.vers.3. pro eodem libr.2. & Deci.d.consil.63. in quo etiam decidit totam hanc causam, & faciunt etiam notata per Alex. consi.22. sub numero 3.volu. 3. & & consil.13.sub numero 2.volu.4.
77 Est namque regula † ab omnibus approbata quod vbi tempus ponitur gratia restringendi, vt in casu isto, non sufficit postea nasci: vt Paul.& alij in l. si ita quis & in l. si pater filium,& in l.si mater.§. 1.de
78 vulgari. Cùm nullum sit † mentis nostræ maius testimonium, quam qualitas inspecta verborum: vt dicit Soc.nep.in d. cons. 180.sub nu. 56.& viden.idem in consil.181.sub numer.58. & 66.Et facit in fortio tibus terminis.l.si quis ita. versi. si quis cum ignoraret de testam. tutel.de qua latius infra. Nascitur enim in casu,qui non est testamento comprehẽsus. Ad casum igitur nostrum cùm verba reperiãtur in præfatis Catherinæ,& sequentibus gradibus ita vt supra concepta: proce
79 dit regula † quod substitutio facta d̃ filiis masculis nascituris,& si decesserint substituat alios,non habet locũ,si cõtigerit filios non nasci: per authoritates supra relatas. Et licet Paul.Castren.in cons.287.libro 2. dicat in his non esse attendendum ad corticem verborum.Tamẽ Socin.nep.in cons.180.a nu.22. cum sequentibus voluit verba esse considerandа:cum sint præcissa, vt in casu nostro scripta reperiũtur. Pro quibus faciunt notata per Sim. de Præt.lib.3.int.3.dub.3.sol. 2. num. 10.in fine.Non natis igitur filiis Catherinæ non admittuntur substituti sequentes: cum & eisdem substituti fuerint, si sine liberis decederent.Large quoad hæc & alia Menoch. d.consilio 326.à d.nume.13. vsque ad 46.

ET licet superioribus resistere videantur verba in si.d.gradus expressa videlicet. *Et si contescera la dita Catharina morir sin fillos,&c.* Dicimus. Primo intelligenda † illa verba de filiis natis, atq. superuiuente matre Catharina defunctis; cum 80
necessario tempore mortis Contesinæ filios requireret testator existere,vt fideicommissum locum haberet:ita Menoc.consi.326. a prin. Et secundo quia præcisse voluit, quod de tempore mortis Contesinæ nupta iam esset:& illa verba.in fine posita deberẽt intelligi, si nupta fuerit,& decederet sine liberis. Quę cum nupta non fuerit,defecit illa conditio. Sensus itaq. illorum verborum erit: si nupta fuerit, & filios habuerit, & postea sine illis decesserit. Quæ si relata simul non placent:cum etiam non fuerit inductum fideicõmissum, nisi in casu quo Catharina nupta reperiretur tẽpore mortis Contesinæ:cõditione sola hac deficiente(prout defecit) cũ nũquam nupserit,defecit & fideicommissum. Et sensus erit simplex: quod si nupta decesserit sine filiis. Quæ conditio defecit cum non nupserit. Hæc

ita in spetie declarat Menoch.in d. consi. 326.a nu.1.& in fine consilij asseuerat ita esse iudicandum:imo quod ita iudicaret si Iudex in ea causa reperiretur:ex Alciato responso. 492. a numero. 11. Ex quo
81 Catharina succedens† Contesinæ, vel ex illius dispositione, vel ab intestato ex propria persona grauari non potuit;cum nec ex iuditio testatoris,nec illius prouidentia successerit:ex l.qui liberis.§.hæc verba de vulgar. & l.sed & si sic.§. 1. de legat.3.& ex l.cum quis.§.1. de dot.prælegat. ex Paris. inter alios consi.44.per totum volumi.2. de quo latius infra. Firmantur prædicta ex singulari illa cõstitutione Iustiniani 159. Cũ n in ea constituatur debere nos etiam in hac materia testamenti verbis inniti, cui adhęret Pius Papa Quintus,in constitutione 4. cum declarauerit, & disposuerit, à præcisis verbis dispositionis non esse recedendum, nec personas non expressas subintelligendas. Præsertim quoad nos stante præfata constitutione 107. in qua coniecturæ reiiciuntur. Ex quo cum Catherina nullos procreauerit filios,atque ita non euenerit casus substitutionis:dictus Ludouicus, & sui nihil prætendere possunt:ex deductis per dictũ Menoch.dicto consilio 326. a num.1. ad vsque 4.

82 ET tandem quando† circa præmissa aliquis scrupulus remaneret, tollit omnem difficultatem: quod in Aragonia standum est literæ, vt est supra probatum. Et ita standum, quod licet de iure ad benignam interpretationem recurramus per l. cum in testamento de rebus dubiis, cum aliis infinitis. Tamen vbi standum est cartæ, excluditur benignus intellectus, etiá si perperá in testaméto aliquid scriptũ reperiatur:vt est supraprobatũ: ex nota.per illum tex.in l. 1.de his quæ in test.delen. Tanto etiam magis:† quod testator dicitur dispone 83
re iuxta leges municipales, & voluntatem velle regulare iuxta illarum dispositionem: ex Paulo de Castro consi.409.lib.2.& Ias. latè in cons.84.volum.1. cum aliis infinitis, & in specie latè Mantica alios referens lib.11. de coniectur. vltim.volunt.tit,14.numero.15.& lib.5.titul.14. à numero 26. vsque ad numerum 35. Et cum sciret testator in Aragonia literæ standum, iudicabitur, vt scripsit voluisse; & si durum sequendum: per l.prospexit.Qui, & a quibus. Eo magis, quod testator expresse in fine testaméti nõ retulit dispositionem suam ad ius commune,sed voluit valere quatenus de foro, siue iure, vsu,& consuetudine huius Regni potuit, & debuit valere.

CONDITIONIBVS itaque superioribus deficiétibus (sub quibus fuerunt substituti vocati) dicim' in totũ fideicõmissũ extinctũ, etiam quoad omnes gradus sequẽtes:licet dictio, in infinitũ, vel in per-

perpetuum, vel similis fuerit adiecta. Nec in casu proposito potest allegari ad sequentes trāsmissum: cū nō deficiat gradus, quia caducus,
84 sed cōditio.† Qua deficiente, expirant omnes gradus sequētes, cum omnibus suis qualitatibus: ex not. per Modernos in l. hæredes mei. § cum ita. inter quos latissimè Zanchus. Vnde nec gradus Violantis, nec Ramiri, nec Francisci, nec Ioānis, nec Ludouici, nec proximioris erunt amplius in consideratione. Propter quod (vt est supra relatū) potuit Contesina libere de bonis disponere, vel Catharina ab intestato succedere. Videndus quoad hæc omnia Alex. consi. 139. a num. 3. volu. 6. viden. Paul. cons. 410. in fi. volu. 1. Iass. cons. 143. versic. non obstat quartum, & in cons. 228. per
85 totum, in quo similiter† respondet præsumptionibus supra relatis etiā si aduerbio, semper, vel in infinitū testator fuerit vsus. Dec. etiam cōs. 465. vbi alios refert Paris. cōs. 87. nu. 30. & 37. Cephal. cons. 17. numero 10. in quo decidit etiam hāc causam, & 25. a numero. 20. in fi. & cons. 268. num. 13. in quibus etiam alios refert, & sunt multa illius cōsilia ad propositum. Menoch. etiā consilio 85. a num. 46. & cons. 326. a num. 62. & cum verba sint clara non debet admitti quæstio voluntatis l. ille aut ille de legat. 3. ex Castren. cons. 185. a num. 2. lib. 2. Mar. Soci. nep. cons. 64. num. 6. & cons. 69. a num. 5. volum. 3. & sunt etiam multa illius consilia ad hoc pertinentia, sed quia hęc sunt indubitata, non oportet paginas in relationibus occupare, & hæc satis sufficerent ad exclusionem D. Christophori; cum præfatæ conditiones, & quoad Ludouici, & omnium aliorum gradus dicantur repetitæ vt supra.

ET casu quo superiora plenè nō satisfacerent, succedit caput secundū, quod tollit omnē difficultatē, & dependet à gradibus, in quibus Ramirus, Franciscus, & Ioannes fratres respectiue substituuntur. Examinabimus ergo gradum, in quo Franciscus, & sui vocantur: cum Michael illius filius sit, qui dat causam edicto. In eo itaque quarto gradu substitutionis præfatæ dixit testator. *Vengan en Francisco Sanchez hermano del dicho Ramiro si viuo sera, & si viuo no sera, et fillos tēdra, &c* Ex præfatis verbis (ita vt ibi) præcisè, & limitate, & sub ea conditione conceptis, duo deducuntur.

PRIMVM, quod in defectum Ramiri, & suorum vocauit testator solum Franciscum, eo casu tantum, & sub ea conditione, si superesset tempore mortis Ramiri prædicti. Secūdum, quod si de tempore mortis Ramiri, Franciscus non superesset: tunc & sub ea conditione tantū, D. Francisci filij succederent modis, & formis in prædicto gradu contentis.

HIS stantibus non potest absolute

86 lute †proponi perpetuum fideicō- missum inductum: cum nullius fratrum fuerit, neq. filiis, neq. Ioanni grauatus, casu quo superesset, & cū filiis decederet. Et ideo dato quod Franciscus superuixit Ramiro, & decessit superstite Michaele: dicemus quoad omnes sequentes extinctum fideicommissum. Quia filij eo casu nec substituti, nec vocati reperiuntur: cum non fuerint vocati nisi sub ea conditione, si Franciscus non superesset, & casu quo Franciscus non superuixerit (vt supra). Nihilominus ex eo quia potuit superuiuere, inducitur (prout in Ramiro e Ioāne) noluisse inducere perpetuum fideicommissum. Hæc sunt sine dubio: vt deducitur in specie ex Soci. nepote in cōsilio 180. per totum lib. 2. & consil. 100. per totum lib. 3. & Alexand. consil. 22, lib. 3. & consi. 13. vol. 4. ex Deci. consi. 63 & Menoch. de præsump. lib. 4. præs. 71. num. 10. cum Sim. de de Præt. de interpre. vlti. volunta. lib. 3. interpre. 3. dub. 3. sol. 3. nume. 12. & decidit casum Menoch. d. cō si. 326. a nu. 32. & 41.

87 ET quamuis in eodem gradu † Franciscus reperiatur grauatus, si sine filiis decederet, & etiam illius filij casu quo decederēt sine filijs, & descendentibus. Tale tamen grauamen filiorum intelligitur solum respectu illius casus, quo filij prædicti expressè fuerunt vocati (videlicet quando pater non superesset tēpore mortis Ramiri,) non autem casu quo Franciscus patri superuiueret. Cúm dicto casu nec filij grauati potuerint: cum non fuerint in eodem honorati: per l. sed & si sic §. 1. & l. fi. de lega. 3. & l. ab eo. C de fideicommis. de quibus & latius infra, & est decis. Anchar. in consilio 137. relata etiam per Menoch. consi. 326. a n. 32. & 41.

SED (vt facilius horum resolutio habeatur) tria capita sunt cōstituenda. Primum quando Franciscus tempore mortis Ramiri superfuerit, & filios nō dimisserit. Tūc de plano procedit inductum fideicommissum: cùm vocatus, & eo casu grauatus reperiatur, si sine filiis decederet, per regulas generales.

SECVNDVM caput considerratur: † quando Franciscus, Ramiro superuixit, & filios dimisit 88 (prout in casu Michaelem.) Tunc nullum dicitur inductum fideicō- missum, nec respectu patris, quia filios dimisit, nec respectu filiorū, quia in illo casu eos non vocauit, & per consequens iuxta communē illos grauare non potuit. Et propterea grauamen in eodem gradu eisdem iniunctum referri non potest, nec refertur ad huiusmodi casum superexistentiæ patris, & decedentis, filiis relictis: ex Menoc. d. consi. 326. a nu. 41. & in specie lib. 4. præs. 76. nu. 43. cum seq. quod & latius 3. cap. declarabitur.

TERTIVM caput erit: † quā- 89 do

do tempore mortis Ramiri Franciſcus non ſupereſſet, ſupererát tamẽ filij, quos expreſſe illo caſu vocauit, & cum fuerint expreſſe vocati ſub illa conditione, ſi pater non ſupereſſet, & grauati reperiantur, ſubſiſtet eo caſu fideicommiſſum: ex traditis communiter in l. Centurio cum aliis. Et hic caſus ſimiliter procedit ſine dubio.

DVORVM poſteriorum horum capitum differẽtiæ ratio in eo conſiſtit: quod ſuperſtite prædicto Franciſco, filij nunquam fuerunt honorati. Item pater prædictus, nec filiis, nec Ioanni grauatus, & ideo tali caſu filij grauari nõ potuerunt. In ſecundo autem caſu patre non ſuperſtite filij reperiuntur expreſſe vocati, & ideo potuit eiſdem fideicommiſſum iniungi. Et rationis præfatæ ratio eſt. Quod in primo caſu ſuperſtite patre filij nõ ſuccedunt principaliter, nec ex iudicio, nec ex prouidentia teſtatoris, neq. in illius hæreditate. Non enim illis poteſt dici relicta, ſed tantummodo patri. Succedunt tãtum patri vel ab inteſtato, vel ex eiuſdẽ diſpoſitione, cum & in extraneum diſponere potuerit (vt Catharina) In ſecundo autem caſu Franciſco
90 prædicto † non ſuperſtite ſuccedũt filij principaliter, & directo ſiue immediate ex diſpoſitione teſtatoris, & ex illius iudicio, & in illius hæreditate, quod ab illo expreſſe vocati: ex l. cohęredi. §. cum filiæ de vulga. Et propterea non dubitatur ab illo potuiſſe grauari. Et in hoc tantummodo caſu verificatur grauamen filiorum in prædicto gradu repertum.

ET (vt verbis Sceuolæ ad caſum propoſitum vtamur) puto omnino neq. à patre filio Michaeli, neq. à Michaele Ioanni ſubſtituto fideicommiſſaria bona deberi, etiã ſi Michael Franciſco patri ab inte-
ſtato* ſucceſſerit. Quia non directo 91
neq. principaliter à teſtatore, ſed per ſucceſsionem patris, vel ex teſtamento, vel abinteſtato in illis bonis ſucceſsit: ita expreſſe conſi. in illa l. fi. de legat. 3. Quæ omnia præmiſſa declarant & tollunt imaginationẽ Simonis de Præt. de fideicõmiſ. interpr. 3. dub. 2. ſol. 3. num. 4. qui exiſtimauit, ſufficere filios quoad mentem fuiſſe vocatos, licet nõ fuerint verbis honorati, & ſimiliter ſufficere dediſſe occaſionem, quod hæreditas ad filios peruenerit, licèt tunc illius hæreditas non conſideretur. Quod manifeſte reiicitur ex d. l. fi. & ex l. qui liberis. §. hæc verba. & ex d. l. ſed & ſi ſic. §. 1. ex l. generaliter ibi fructu paterno, & ex. §. cum autem C. de inſti. cum aliis infra referẽdis. Et facit ad omnia. l. ſequens quæſtio de lega. 2. vbi notat. de quo etiam Manti. lib. 7. titulo 8. à num. 1.

AD indiuiduum igitur, de quo nos; ſubſtitutio facta de Ioanne, & ſuis Franciſci pręfati filiis, refertur ſolum ad caſum, quo dicti Franciſci fi-

ci filij fuerunt principaliter, & expresse vocati (videlicet ad casum quo tẽpore mortis Ramiri Fŕacis-cus pater non superesset). Quia sub ea dũtaxat conditione fuerũt vocati, & non in casu quo prædictus Franciscus tunc superesset. Et cum
92 defecerit † prædicta conditio, de vno ad alium casum non infertur: cum vterq. fuerit expressus, & propter diuersitatis rationem, cum in vno potuerit, & in alio non, fideicommissum iniungere: ex d.l.fi. de legat.3. & alij supra, cum relatis à Simone de Præt. interpte.3.dub.2. solut. 1.ànumero 4.

QVÆ & facilius comproban
93 tur † ex l.cum in testamento de hæred.inst. & ex l.si mater. §.1.de vulga. Iuxta formam Gallij Aquillij, pater filiũ instituit, & ex eo posthumum, casu, quo filius patri non superuiueret. Substituit Titium posthumo, si hęres non erit. Superuixit pater, & hæres fuit. Posthumus nõ fuit hæres. Conditio extitit, tamen substitutus nõ admittitur. Quia nõ reperitur substitutus in casu, qui euenit. Fuit enim vocatus posthumus in casu, quo pater non superuiueret, & cum superuixerit licèt ab intestato posthumus patri succedat, substitutus excluditur: ex nota. etiá ibi per DD. Quia posthumus non succedit auo, sed patri. Et licet ibi de aditione cõsultus meminit, quia filius fuit hæres. Tamen licet hæres non fuerit, ad exclusionem substituti sufficit, quod institutus filius patri superuixerit: cũ eo casu posthumus institutus non fuerit, neq. vocatus. Et licet ibi in vulgari: idem quoad nos in ista fideicommissa. Cùm solum filij reperiantur vocati in casu, quo pater non superesset, & Ioannes substitutus ipsis filiis solum in casu, quo reperiantur honorati: cum in alio casu grauari nõ potuerint. Sunt namquè differẽtes vocationes patris, & filiorum. Et propterea licèt Ioãnes simpliciter reperiatur substitutus filiis: dicetur solũ substitutus † in casu quo prædicti fi 94
lij fuerint honorati quod est sine dubio. Non enim potest Ioãnes vniformiter ad vtrumq. casum referri propter differentem rationem, de qua supra, & apud Simonem de Prætis d.solu.1.à num.4. ex Ancara.d.consil.37.& 137. cum aliis supra relatis.

VNVS namq. fuit casus, in quo Franciscus fuit vocatus, si tempore mortis Ramiri superesset: & fuit vnico casu grauatus, videlicet si decederet sine liberis: vt ex eod. gradu patet. Et non fuit grauatus casu quo decederet illis relictis, qui casus euenit; cum decesserit superstite Michaele. Et quia hoc casu conditio defecit, quoad illum extinctũ fuit fideicommissum, & similiter quoad omnes vocatos post eũ. Adeo quod si casus euenisset, potuisset de bonis libere disponere, vt Cõtesina, & Catharina. Cum tali casu
† substitutus substituti non dicatur 95
primo substitutus: cum non euene-

rit

rit ille casus, in quo secundus reperiebatur substitutus: ex d.l. si mater. §.1. licèt enim Ioannes simpliciter fuerit substitutus filiis, & filij Ramiro; nõ euenit casus substitutionis filiorũ. Quia licet ipsi successerint in bonis, nõ successerũt virtute substitutionis, sed aliunde fortuito, vel abintestato, vel ex patris, & nõ testatoris dispositione. In effectu filij fuerũt vocati sub ea conditione, si pater tũc nõ superesset. Defecit cõditio: & ideo filij præfati non reperiũtur substituti. Qui cũ non dicantur substituti, nec Ioanni prædicto grauati: & minus Ludouico, & suis.

FILII similiter in vno tantum casu fuerunt vocati, seu substituti sub illa cõditione, si pater non superesset. Duob⁹ inde tãtũ modis poterãt in ea hæreditate succedere. Primo vt hæredes patris: cum ille superuixerit Ramiro prædicto. Secundo modo vt expressè à testatore vocati, casu quo tũc pater nõ superesset. Primo non admittitur fideicõmissum cum filij non succedãt iudicio testatoris, nec in illius hæreditate. Secũdo autẽ modo (quia succedunt ex dispositione testatoris) intrat fideicõmissum: quia tũc grauari potuerũt. Ideo Ioannes, & sui dicentur solum substituti filiis prædictis, eo tantummodo casu secun-
96 do & non in primo, † qui euenit. Ex quo sublato Ioanne cessant omnes sequẽtes, & licet Paul. Cast. in cons. 5. vol. 1. & Paris. cõs. 41. n. 62. lib. 2. ab hac opinione videãtur recedere propter præsumptã volũtatẽ. Stantibus tamen superioribus † nec præ- 97
sumitur: cũ casus specifice vt supra distinxerit. Nec si præsumeretur, admittitur, cũ illo casu testator nõ disposuerit. Et tantũ abest, quod cõtraria volũtas præsumatur: quod imo ista forma substitutionis tollit omnes alias presumptiones, progresus scilicet ad alios gradus, & reliquos supra relatos: ita ex Ancar. cõs. 37. ex Alex. cons. 185. n. 22. lib. 2. & cõsi. 24. n. 5. vol. 3. vbi vidend. & consi. 55. n. 14. vol. 4. Dec. consi. 292. à n. 3. in fi. & consi. 384. n. 6. vers. non obstant, & consi. 465. sub 10. 15. & 17. dicit quod etsi rigurosum videatur Catharinam ommissis filiis Ludouici in aliam neptem disposuisse, & ad aliam familiam bona transisse. Tamẽ magis rigurosum esset, & iniquum videretur, si hæc volun-
tas † testatoris (ita vt supra concepta) subuerteretur. Facit Paris. consi. 98
44. & consi. 86. n. 40. lib. 2. de quo latè Zancus in d. §. cum ita 7. p. à n. 26. & Meno. referens vltra 50. consilia lib. 4. præs. 76. nu. 43. & 44. & viden. consi. 85. a n. 67. & 99. & cõsi. 106. n. 292. & 326. n. 32. & 33. Simõ. de Præt. lib. 3. interpre. 2. dubi. 3. sol. 2. num. 12.

SED (vt efficatius satisfactum videatur) casu quo quis, & in hoc cõiecturas, siue presumptioees existimaret esse sequẽdas: dicimus (vt
supra) nõ admittẽdas: † quãdo dis- 99
positio ad literam, vt iacet, est intelligẽda; vt in hoc Regno. Et vltra su

pra relata hoc firmarũt Menoc.lib. 4.præſ.76.ſub.n.91.&.præſ.83. nu. 48.& 89.ſub n.81.& latê Mãti.lib. 5.tit.14.a n.26.ad vſq.35.Nã nec ta li caſu recipitur interpretatio legis volũtatis declaratiuæ: vt Manti.d. n.35.Et ſi præſumptio certa,& indu bitata a l.cum auus,& aliis recepta nõ admittitur, vbi ad literã eſt diſpoſitio intelligenda; multo minus admittitur, quæ ex hominis interpretatione procedit: maxime quan do verba hoc non patiuntur, vt in caſu iſto.Licet enim Frãciſcus fuerit grauatus in d.gradu, ſi decederet ſine filiis: non ideo filij dicẽtur grauati propter cõiecturas. Cũ ver
100 ba † cõditionalia ex ſe nõ inducãt, diſpoſitionẽ: ex l.ſi quis ſub conditione.Si quis omiſ.cau.teſti cũ aliis

VERBA itaq.illa, ſi ſine libe-
101 ris, † de ſe non ſunt apta inducere diſpoſitionẽ. Quod ſi apta nõ ſint, nulla cõiectura poteſt eadẽ habilitare, vt diſponant cõtra illorũ natũ rã.Et tandẽ omni caſu, ſiue ſint apta, ſiue non, coniecturæ nõ recipiũ tur.Quia ſi de ſe ſunt apta ad diſpo ſitionẽ, coniecturis nõ indigemus. Sin autem apta non ſunt, coniectu ræ non poſſunt (vt dictũ eſt) eadẽ habilitare; cum verbis ſit inhærendũ: ex Iuſtiniani conſtitutione 159 ſupra relata & tradidit Menoch.d. præſ.76.ſub nu.82.cum aliis.Præſumptio ſeu coniectura ſolũ inducit: vt præſumatur, ita teſtatorem voluiſſe.Sed non ſufficit voluiſſe, ſed diſpoſuiſſe per verba apta, & idonea importantia diſpoſitionẽ: vt eſt ſupra dictum,& tandem talis præſumpta voluntas ſolum poteſt deſeruire ad extenſionem diſpoſitionis, non autem vt ex illa induca tur. De quo latius infra.

TANTO magis vbi literam † 102
ſequimur ex diſpoſitione legis municipalis, nulla alia præſumptio ad mittitur, quã quę ex verborum pro prietate deſſumitur. Cum teſtator videatur ſuam regulare voluntatẽ iuxta verborum proprietatẽ propter legis municipalis diſpoſitionẽ: iuxta quam diſponere, ſeu teſtari iu dicatur, atq. præſumitur. Et ideo quamuis ex aliis teſtamenti particulis aliter videretur pręſumendũ: non admittitur contra conditionis præfatę naturam. Nos enim attenta diſpoſitione legis municipalis non quærimus ſimpliciter de præſumpta voluntate, ſed ſolum de illa, quæ dependet a verborum natu ra,& proprietate, cùm & præſump tio quæ ex verbis deducitur ſit iuris, alia hominis, inter quas longa differentia: ex Paul.in d.l. in ambiguo de rebus dubiis de quo etiam infra.

ET caſu quo aliquis fateatur, verũ eſſe, præſumptiones nõ inducere, vt ſub verbis præfatis cõditic na libus talis diſpoſitio cõtineatur; tamen efficere, vt ad caſum pręſump tũ extẽdatur. Dicimus nec hoc mul tis rationibus recipiẽdũ. De quibus latius in ſequẽti capite. Pro nũc ſufficit, quod vbi ſtamus † cartæ, tales 103
extẽſiones, licet alias de voluntate conſta-

constaret, non recipiuntur. Non enim oportet nos de illius voluntate argumẽtari: cum lex certam formam adhibuerit. Vnde coniecturæ non admittuntur: vt filij Francisci positi in conditione dicantur vocati, & in dispositione: neq. casus vocationis filiorum extẽdatur ad casum, quo nõ fuerint vocati, nec honorati. Cum nec stante † tali lege municipali admittatur repetitio alicuius qualitatis: & Menoch. consilio 76. num. 24. & consi. 86. n. 29. & faciunt not. per Simon de Præt. de interp. lib. 1. interp. 1. dub. 2. fol. 4. à nu. 9. ad vsq. nu. 20. cum aliis ab illis relatis, & Mant. lib. 5. tit. 14. à n. 26. vsq. ad fi. Adeo quod licet adiectum fuerit, sine filiis, & descẽdentibus, † & progressum ad alios actus, siue gradus, & adiectæ aliæ qualitates: non ideo dicetur inductum fideicommissum. De quo & Menoch. consi. 85. sub nu. 99. & videatur quoad hæc in specie in consilio 106. à n. 292. & consi. 171. à n. 22. & in consi. 326. à nu. 41. Sim. de Præt. etiam lib. 3. interpre. 3. dub. 2. fol. 2. à num. 12.

104 (margin)

105 (margin)

106 IVVANTVR hæc omnia † ex illorum opinione, qui existimarunt, similes coniecturas respectu descendentium tantum, & non respectu collateralium, & extraneorũ admittendas. De quo Micha. Crassus de fideicommissis q. 13. num. 2. & Manti. libr. 11. titu. 2. numero 2. cum aliis. Tandem concludimus, quoad casum, de quo nos, cõcurrẽtibus qualitatibus, de quib⁹ supra, cõiecturas nec mutare verborũ naturam, & proprietatẽ, nec extẽdere ad aliũ casum dispositionẽ, præsertim, vbi à litera nõ est recedendum. Pro quibus relati per Meno. cõs. 11. sub. n. 3. Propter quæ & alia dicimus in d. gradu non fuisse inductũ fideicõmissum in casu, quo pater Frãciscus superesset, & Michaele relicto decederet.

ET licet aliqui putent illã clausulam: *Et si contescera el dito Frãcisco, & los fillos, & descendientes de aquel, &c.* ita cõditionaliter cõceptam (cum tractũ habeat successiuũ propter dictionem, † descẽdentes) inducere filiorũ vocationem: ex Meno. lib. 4. præs. 69. à n. 11. cũ aliis. Tamẽ quoad nos hæc cõiectura non est marmorea (vt Celsus esse referebat,) & ab ea discedit idẽ Meno. lib. 4. præs. 76. à n. 75. Suũ enim sensum habet illa verba, si decesserit sine filiis, & descẽdẽtibus. Et hic est proprius casus c. 3. de quo statim dicemus. Pro nũc sufficiat, quod illa verba intelligãtur, si Frãciscus decesserit sine filiis, vel illis sublatis sine nepotibus, vel illis sublatis sine pronepotibus &c. Et à prędicta pręsumptione (cũ præsumptio sit, siue cõiectura) facile nos recedimus. Qui tantũmodo cõsideramus casum, qui ex verbis expressis, & dispositiuis cõcipi potest: vt in similibus dixit Consultus in l Gallus §. quidã rectè de libe. & posth. cũ aliis ibi not. & hæc quoad 2. cap. sufficere mihi videntur. 107

Et casu quo superiora alicui nõ satiffaceret, licèt satisfacere debeãt: succedit 3. caput, quod fundatur in 6. gradu, in quo D. Christophorus intẽdit particulariter fundare suã vocationẽ. Sed tãtũ abest, quod in eo posit fundare; quod imo ex forma illius excluditur manifestè. Tenor igitur dicti gradus sic se habet.

Et si contescera, lo que Dios no quiera, los ditos Ramiro, Francisco, e Ioan Sanchez Muñoz, morir sin fillos, e descendiẽtes de ellos masclos, legitimos, et de legitimo matrimonio procreados, o menores de edad, e sin fillos legitimos, en el dito caso, &c. quiero, &c. que los ditos lugares sean, & peruengan, de, & en Luis Sanchez, &c. & reliqua.

PRÆFATUS itaq. Ludouicus, & sui vocãtur in cellula, & gradu speciali, & ab omnibus aliis distincto, & separato, & sub particularibus, & distinctis, forma, & modo ab aliis etiam diuersis: vt ex d. gradus constitutione constat, & appa-

108 ret. Quæ diuersitas† diuersam proponit intẽtionem, & volũtatem: ex Meno. lib. 6. præs. 37. n. 49. & in specie nostra consi. 171. n. 22. ex not. in l. in repetẽ. de leg. 3. in specie idem Meno. cons. 152. à num. 43. & cons. 172. n. 13. & cons. 326. n. 53. & alij in finiti ab eo relati.

LVDOVICVS igitur, & sui fuerũt solum vocati in casu, quo Ramirus, Frãciscus, & Ioãnes, decederẽt sine filiis, & descendẽtibus, &c.

109 Primo cũ copulatiuè† fuerit cõcepta illa conditio, & Franciscus decesserit Michaele filio relicto, expirauit: per l. si. hæredi plures cum aliis. de condi. instit. Et 2. adeo expira-

uit† quoad Ludouicum, & suos: 110
quod licet statim Michael decesserit mortuo patre, (etiam si sine liberis,) sufficiat ad exclusionem substituti: ex l. ex facto §. si quis autem ad Trebel. vbi notant communes in l. Centurio. & in l. cum auus, & in §. cum ita, & in l. Precibus Bal. consi. 304. vol. 5. Castr. in consi. 5. & cons. 302. n. 4. vol. 1. vbi viden. Dec. cõs. 465. à n. 14. Mari. Soci. nepo. cons. 158. à n. 15. vol. 2. & cons. 4. per tot. & consi. 145. à nu. 30. vol. 3. Sim. de Præt. Manti. & Meno. variis in locis, quos, (quia hoc notorium) nõ curo referre.

EX superiori positione, (licet aliquibus contradicentibus) sequitur etiam alia cõclusio comuniter recepta, in conditione positum† nõ 111
ideo dici vocatũ, & per consequẽs quoad nos neq. vocatum dici grauatum. Cum iuxta regulam cõmunem positi in conditione non dicãtur positi in dispositione: ex l. fil. fami. §. cũ quis vbi nota. de legat. 1. & d. §. si quis autem vbi etiã DD. glo. communiter recepta in l. Lucius 2. de hære. insti. quam dicit canonizatam esse Rip. in d. l. Cẽturio n. 159. & cõmunes in locis supra relatis per l. si quis sub condi. si quis omissa caus. test. Et licèt Castr. aliquando dubitauerit; firmat† tamen istã es- 112
se communem, quam & sine dubio sequitur quoad extraneos, siue collaterales de quibus agimus in consil. 14. versi. præterea sequeretur, & consi. 86. numer. 8. & consil. 259. nu. 7. & consi. 410. a nu. 5. vol. 1. &

1.& consi.97.& 263.lib.2. Alexan. examinauit, & firmauit hanc partẽ,& dicit esse communẽ in consi. 185.lib.2.& consil.38.a numer.6.& consi.139.volum.6. Et firmat hanc approbari in iuditiis, & scholis de quo etiá consil. 11. a nu. 10. volu. 3. Iass.etiam consi.228.volumi. 2. & cõsi.66.per totũ vol. 3. in quo hãc
113 firmat, etiá si pro substituto † præsũpta volũtas cõcurreret,& quod totá causam est ibi vidẽdus, & Deci.cõs.27.n.1.& cõs. 270.sub nu.1. dicit hanc esse canonizatá, & consil.377.num.6.& 413.nu.4.& 422 num.1.& Paris.consi.8.& 31.& 77 & 78.lib.2.in quibus similiter decidit totũ hũc casum, & Marian. Socin.nepos licet dubitauerit in consil.158.& 174. lib. 2. firmat tamen se pluries vt supra cõsuluisse, quod & postea consuluit in consi.176.& 177.lib.2.in quo sub num.8. dicit, hanc opinionem per secula fuisse probatam, & quasi canonizatam, tam in scholis, quam in Palatiis, de quibus etiam infra. Idem Rolan. â Valle consilio 56.per totum volumine 3.in quo similiter decidit totam hanc causam. Latè de his etiá Crassus Simon de Præt.Mant. Menoch.de vltim.volunt. præsertim in §.§. de fideicommissis. Sed vt tollatur omnis difficultas, hanc sequitur Rota Romana: vt refert Caputaq. siue Veral. decis. 99. parte 2.& puteus decis.352. volu.3.quod
114 nec in hoc Regno † admittit dubitationem. Vnde si conditio ista nõ ponit quoad vocationem, nec debet ponere quoad grauamen,& onus. De quo latius infra.

NEC ad præfati Ludouici, & suorum exclusionem desideratur, quod præfatus Michael hæres † ex- 115
titerit, vel in hæreditate successerit: vt in propria specie firmauit Cõsultus iuxta communẽ in d.l. filius familias. §. cum quis. cum ibi not. Sufficit enim sola illius superexistentia quoad omnium exclusionem. Cùm sublato superiori gradu ob defectum conditionis de reliquis,& illorũ qualitatibus amplius non quæramus. Et quáuis † in con- 116
ditione hac à lege præsumpta in l. cum acutissimi, ad exclusionẽ substituti multi requirant aditionem ex sententia Paul. malè forsan intellecta in d.l. cum auus, propter dictionem præcedentem. Tamen quando conditio, sine liberis, est ab homine expressa, nemo dubitabit sufficere nasci, licet hæres non existat: vt not.in d. l. cum auus, & in l.penult.C.de impub.viden. Alexan.d.consi.139.volu. 6. & Paul. consilio 410.numero 6.in fin. volumine. 1. Paris.d.consil. 86.& 87 & Rolan. d.consil.56.volumine 3. de quo etiam Mantic.lib. 11.titulo 6.numero 14. & Crassus. §. fideicommissum quæst.32.à numero 1. & Menoch.lib.4.præs.76. & inter alia cons.530 à num.4.

PRÆMISSA adeo vera sunt † (licet multis repugnátibus,) quod 117
licet Michael prædictus (ita vt supra in cõditione positus) in sequẽ-

tibus grauatus reperiretur:nō subsisteret tale grauamen. Et hæc opinio contra Barto. illiusque sequaces obtinuit in toto ferè orbe Romano. Non enim admittitur: vt eū cui nihil dederis, grauare possis: ex l.sed etsi sic.§.1.de legat.3. Facit l. hæreditas ad Stachiū. de hæred. instituen. licet de institutione loquatur,& l.plane.2.cum l.sequenti de legat.1.& l.etsi sine.§.1.de legat. 3. l. cum quasi. §. si plures de fideicommiss. liber. & l. qui liberis. §. hæc verba de vulg. Quod & dictat ratio naturæ. Non enim positus in conditione dicitur à testatore vocatus, nec succedere ex illius dispositione, iuditio, seu prouidētia, nec in illius hæreditate, sed vel ab intestato, vel ex patris testamento, vel aliàs in prædictis patris, & non testatoris bonis,& hæreditate. Vnde successit regula generalis, quem non posse grauari, nisi in eo quod à grauante suscepit. Facit l.cū quis §.1.de dot.prælegat. ibi quia matrimonij causa id lucratus esset nō patris iuditio,&c. Facit l. fin. de legat. 3. l. eum de interd. & relegat. & l. Campanus,& l. si quis hac lege de oper.libert.& l.mater,& viden.l.si tuis numis.C.eod.glos. in l. diuide iur. patronat. cum aliis sexcentis. Ex quibus successit reg. l.ab eo. C. de fideicō.quæ nūquā in hac materia locū habere posset: si alias positus in cōditione grauatus, propter tale grauamē vocatus diceretur: vt in specie firmat Alex.consi.185.numero 28.lib.2.Ias.consil. 143. sub numero 4. versiculo quia si rem esset lib.2.& vltra communes in d. l.Centurio,& in l. cum auus, & in §.cum ita vbi latissimè Zanchus, & in l.precibus hāc sequitur Bart. in consil. 214.libro 1.Castren. consilio 97.à numero 2.lib.2.Alexan. sæpe ita cōsuluit præsertim in consilio 91.à numero 7.& in consi.105 à numero 4.volumine 1. & consil. 66.numero 13.& consi.185.& 219. lib.2.& cons.22.numero 8. & consilio 24.numero 5.volumine 3. & consilio 15.num.4.& consilio 55.à numero 22.volumine 4.& consil. 38.à num. 6.volum.6.& cons.202 volum.7.de quo etiam Ias. consil. 128.& 143.lib.2.& cons.66. volu. 3.Dec.etiam consilio.63.& 208.& 218.numero 9.& 465.sub numer. 16.& cons. 636. per totum Parisi. consilio 44.per totum volu. 2. & Cephal.consil.17.a nuume. 17. & cons.268.a num.19.& consil.269. a num.19.Mar.Socin.nep. alios referens in consilio 176.numero 20. in quo similiter refert opinionem Bart.esse damnatam in Palatijs & scholis,& cons.177.libr. 2. in quo sub numero 9.in fi.dicit : quod & si alias contrarium consuluerit, vel plura scripserit contra hanc opinionem : vt in d.cons.158. non tamen putat ab hac opinione in actu practico recedendum. Quam & sequitur in cons.69.a num.31. vol. 3. ex opinione etiam Socini patrui in consi.104.& 116.volum.3. & hanc esse canonizatam pro vera firmat Dec.consi.422.num.1.& licet ho-

die ex aliquorum sententia Meno. lib.4.præs.76.num.39. & Crassus. §.fideicommiss.q.14.&Manti.lib. 11.titu. 3. & Simon de Præt. interpret.3.dubio 2.fol. 3. dicant magis communem. Tamen Couar.in c. Raynuntius.§.3. superiorem dicit esse communem, & ad tollendas opiniones hanc simpliciter sequitur Rota ex Augustino d. decis. 8. lib.1. Verum tamen est quod mul-
118 ti,qui † contrariam sequuntur, restringunt eam inter descendentes in conditione positos: vt ij vocati dicantur,non autem inter collaterales: vt in casu nostro. Cum ij licet grauati, non dicantur vocati.
119 Quod in hoc † Regno sæpe quoq. obtinuit vt positi in cõditione grauati non dicantur. De quo Manti.lib.11.titulo 3.num. 2.in fin. vbi etiam alios refert. Nec admittitur, si dicatur,sufficere,quod ex tacito, vel præsumpto iuditio testatoris vocati videantur, nec quod causam dederit successioni per l. fin. de legat.3.cum aliis in præcedenti capite in specie relatis. Tandem licet,quę sit communis,controuertatur: vt refert Manti.d.tit. 3. & Menoch.& Crassus,& Præt. supra relati. Tamen Rotta, quæ omniũ superat auctoritatem, hanc sequitur vt etiam supra dictum. Quod si positus in conditione grauatus, non ideo dicitur vocatus: multo minus vocatus positus in conditione dicitur grauatus. Cum potius debeat præsumi vocatio tacita, propter grauamen expressum, quam grauamen tacitum propter vocationem expressam. Cum vocatio fauorabilis, grauamẽ autem sit odiosum: de quo latius infra.

SVPERIOR opinio procedit, licet † positus in conditione 120
nominatim grauatus reperiatur cõtra aliquorum opinionem: ex Ias. consil.143. versic.non obst.3.volu. 2.Dec.cons.422.numero 2.& consi.465.Paris.consi.86.nume.3.lib. 2.Mar.Socin.nepos d.consi.176. à nume. 20.libr.2. Et vt omnibus sit satisfactum, præfatam opinionem sequitur Rotta, vt refert Puteus.d. decis.215.volum.3.ex Oldra.cons. 21.& ex Ioan.Andr.in addition.ad speculat.titu.de testam.§.inprimis in vltima additione q. 5. Quorum dicta in Palatiis,& scholis communiter recipiuntur: licet Moderni tot adferant declarationes ad. d. consil.Oldra. 21. quod illius regulam in omnibus peruertere videãtur. Sed cum fideicommissum non inducatur, nisi ex verbis dispositiuis,& ad inducendum aptis,& idoneis: erit opinio Oldradi sine dubio sequenda: ex Alexan.consil.91. & Decio consi.205. De quibus etiã Costa decis.14.& Caputaque d.decis.99. De cõs.Oldradi. † 21. & in 121
illius defensionem multa vidẽda, & ad totam hanc causam per Menoch.cons.326.& 327.& 328.& in aliis ab eo relatis. Quo ad nos igitur si positus in conditione nominatim grauatus non ideo præsumĩtur vocatus; multo maiori ratione nomi-

nominatim vocatus positus in cõditione non præsumetur grauatus: vt supradictum.

SVPERIORA quoq. procedunt, etiam si is, † qui in medio gra-
122 du reperitur in cõditione positus, in alio superiori, & alio inferiori reperiretur expresse vocatus, atq. grauatus. Quia non ex eo, quia grauatus, iudicabitur quoad gradum, quo positus est in conditione, vocatus minusq. grauatus. Quod ad speciem nostri casus magis accedit. Cum nec in eodem gradu grauatus Michael Francisci filius reperiatur. Et ab hoc dependet totalis causæ resolutio. Cum aliqui tenuerint positum in conditione grauatum, teneri ad fideicõmissum, si aliàs in aliqua testamẽti parte reperiretur institutus, siue vocatus. Propositio prædicta fundari videtur exemplo. l. si posthumus. §. 1. de liber. & posth. cùm ibi exhæredatus à primo, & tertio gradu non dicatur exhęredatus à secundo. Et cùm fideicommissum sit etiam grauamen: vt in d. §. cum filiæ; ex extremis nõ inducitur ad media: ex Socin. nep. consi. 158. nume. 39. & 40.
123 lib. 2. Nec qualitas † in primo, & tertio gradu contenta dicitur contineri in secundo, nisi specialiter fuerit adiecta. Quod firmauit, & circa hanc materiam Soc. nep. in con 13. sub numero 25. & sub num. 29. & sub num. 32. volu. 3.

124 ITEM quemadmodum † in d. l. si posthumus. §. 1. deficientibus primis institutis rumpitur gradus secundus, & tertius ab illo dependens: ita in proposito deficientibus anterioribus vocatis, atq. grauatis succedet in conditione positus absque onere fideicommissi. Cùm per eius superexistẽtiam fuerit etiam gradus sequens extinctus tamquam ab illo dependens cũ omnibus inde secutis: iux. l. nã & si sub conditione. §. fin. de iniust. rupto, glo. in l. 3. & in d. l. si posthumus in verbo pertinere de liber. & posth. cum ibi notat. Quod & adeo verum est quoad propositum, de quo nos, quod licet pendente primo gradu posthumus exhæredatus decesserit: nihilominus gradus secundus, & alij ab eo depẽdentes extincti iudicantur. Ita & in proposito, licet Michael defecerit pendentibus gradibus superioribus ad exclusionem Ludouici, & suorum, idem operatur. In materia † namq. 125
onerosa (vt ista) ab extremis non inducitur ad media, nec media libera ab extremis onerosis regulantur: vt in d. §. 1. Præsertim quando quilibet gradus est ab alio distinctus, & separatus: vt in proposito nostro.

SVPERIOREM propositionẽ, (quod positus † in conditio- 126
ne, grauatus nõ ideo dicatur, quod in alia parte testamenti reperiatur institutus) significauit Alexan. consilio 63. num. 8. volume. 6. Hanc in specie firmat Paris. consi. 44. à nu. 9. vsq.

9. vsque ad 25.& consi.86. nume. 40.lib.2.ex Soc.Seniore cons.116. volum.3.& ex aliis per eundem relatis. Et facit cons.Soc.nep.13.à nume.13. vsq. ad nume. 32. & viden. specialiter sub numero 26. in quo etiam firmat non fuisse necessariũ, per tot gradus distinguere, si vniformiter omnes substituere intenderet, & sub numero 29.propter hanc graduũ distinctionem, & diuersarum formam, dicit apparere de voluntate disponentis voluisse aliter in isto sexto gradu, quàm in superioribus disponere,& ordinare. Quod est bene notanduũ, quoad propositum de quo nos. Et tantum abest,quod ex vocatione in alio gradu præsumatur, & in hoc sexto gradu vocasse ad effectum de quo agitur:quod imò ex præfata vocatione anteriori, & in alio gradu facta deducitur, noluisse in hoc casu vocare ad.d.effectum:ita Menoch.in d.præs. 76.sub nu. 89. ex Soci.Seniore in d.consil. 116.de quo & Zancus d.§.cum ita 7.p.numero.93. Et hæc doctrinæ quoad nos tollunt omnem supitionem. Cùm vbi voluit eos vocare, vocauerit,& vbi noluit,omisserit. Vocauit eos in defectum patris in casu, quo post mortem Ramiri pater nõ superesset,non autem si superesset. Et licet Menoc.cons.530. videatur ab his dissentire,si bene attẽdatur, loquitur quando fuerunt addita illa verba,& eorũ filij,& descendentes,&c, & quãdo in vno gradu militat eadẽ ratio,quæ in alio:ex eod. sub n. 13. & sub n. 32. & in discursu d.consilij:& similiter cons. Paris.7. de quo supra.

LICET superiora(ita vt sup.) generaliter proposito sufficere viderentur quoad caput huiusmodi tertiũ. Tamẽ cũ circa Ludouicũ,& suos intenderet testator specialem inducere dispositionẽ,cellulam,& gradum ab aliis distinctum,& separatum,& sub diuersis modo, & forma † cõstituit. Ex cuius diuersa forma nimirũ si diuersa dispositio præsumatur:ex Alex.cons.4.n. 6. vol. 1.& ex Soc.nep.cons.79.sub n.72. vol.3.& aliis supra relatis. Et vt sigillatim appareat ex eo gradu non fundari d. D. Christophori intẽtionem,sed potius excludi: erit illius litera examinanda. 127

EX clausula igitur, siue gradu præfato duo deducũtur. Primùm filios fratrum solum esse positos in conditione.

SECVNDVM Ludouicum, & suos nõ reperiri substitutos filiis fratrum præfatorum,nec dictos filios,& descendentes fratrum eisdẽ Ludouico,& suis aliquo modo grauatos.

QVO ad primũ illa verba conditionalia,si sine filiis,& descẽdentibus,&c.diuersimodè referri possunt ad effectũ de quo agitur. Primò, an præsupponant vocationẽ iuxta supra tradita. Cum multorũ sit opinio,etiam in casu isto, quod licet in superioribus gradibus repe riantur hij filij respectiuè vocati: ad effectum de quo agitur, nõ præ

ſupponát,neq. inducant vocationem, ex eo quod gradus diſtinctus, & ſeparatus. Et ſi non præſuppo-
128 nant,†neq.inducant vocationem, etiam ſi alias reperirentur in ſpecie grauati,non ſubſiſteret tale grauamen: vt eſt ſupra latè probatū.Pro quo poteſt videri etiam Dec.conſ. 288.à nu.1.& Soci.nep. conſi.145. num.9.vol.3.& Cephal. conſ.17.à nu.12.in quo & multa alia ad huius cauſæ deciſionem. Secundo. Caſu quo illa verba conditionalia inclu dant,ſeu cōtinuent ſuperiorem vocationem:an inducant fideicōmiſſum.Cum in eo gradu nullum grauamen fuerit prædictis filiis iniunctum.Et cum verba conditionalia nihil inducant,erit ſine dubio,non induci fideicommiſſum.

ET licet Paul.de Caſtr.cōſ.263. à nu.2.lib.2.exiſtimet, non exiſtentibus filiis Ludouicū expreſsè fratribus ſubſtitutum, & hanc eſſe primá,& expreſſam ſubſtitutionē, & ex hac induci aliam tacitā ſub contraria cōditione:videlicet ſi filij extant,vt ij parentibus tacitè ſubſtituti dicantur ad effectū, vt his Ludouicus,& ſui ſubſtituti quoq.præſumantur.Tamen prędicta opinio
129 † non recipitur ex ſupra dictis , & infra dicendis. Cū nō admittamus per huiuſmodi ſubauditos intellectus,præfatas vocationes, atque grauamina. De quo & Cephal.dicto conſ.17. à nu. 14.Sed vt ad indiuidua perueniamus ſecundum caput proponamus, à quo deciſio totius cauſæ dependet.

QVOAD ſecundum igitur caput dato,quod(citra præiuditium capitis ſecundi de ſuperexiſtentia Franciſci prædicti)in ſuperioribus gradibus filij, & deſcendentes fratrum præfatorum ſint vocati , & quod talis vocatio cōtinuetur,vel ſub præfatis verbis conditionalibus includatur : dicimus ex prædicta clauſula manifeſtè deduci,noluiſſe teſtatorem prædictos filios, & deſcendentes fratrum Ludouici,& ſuorum reſpectu grauare,nec eundem Ludouicum, & ſuos prædictis filiis,& deſcendentibus, ſed ſolum fratribus ſubſtituere caſu, quo ſine filiis contingeret eos decedere . Extra illum igitur caſum uoluit teſtator Ludouicum,& ſuos ſubſtituere:licet prædicti filij, & deſcendentes fratrum ex eiuſdem teſtatoris iuditio in illa hæreditate ſuccederent.

SVPERIOR itaq.propoſitio (quod Ludouicus,& ſui non dicātur tali caſu ſubſtituti) deducitur manifeſte.Primo ex verbo,decederent,†nam illud verbum reſtringit 130
vocationē ſubſtitutorum ad tempus mortis dictorum fratrum, ſi ipſi decedant ſine filiis,& deſcendentibus. Non enim refertur ad mortē filiorū : vt dici poſsit eis Ludouicum,& ſuos ſubſtitutos:ex Mát. libr.11. tit. 6.numero 3. cum aliis & Simon. de Præt.lib.3. interpret. 3. dub.3.ſolu.3.interpret. 9.nu.10. Et

Et ita sēsus illorū verborū si decederēt sine filijs,& descēdētib᷒, realiter est,iuxta iuris regulas ad exclu
131 sionē Ludouici,† & suorū sufficere Frāciscū tēpore mortis relinquere filium,vel eo aliàs in vita sublato,relinquere nepotem, vel eo similiter sublato relinquere pronepotem,& sic de singulis. Cùm aliter verba illa non possint verificari,nec ad mortem filiorum, vel descendentium aliquo modo referri. Ita in terminis declarat hanc clausulā esse necessario intelligendam Ias.in l.si quis hæredē. C. de instit. Alex.cons.53.nu.8.& cons. 139.à n. 3.& 5.cum sequenti vol. 6. ibidem cons.1.à num.8.vol.1.& consil.22. num.6.7.& 8.vol.3.& cons.13.sub num.5.volu.4.quod idem est cum superiori.Quoad eandem clausulā videndus in specie Ias. consil. 66. versi.confirmo,& 4.volumin.3.& Decius cons.63.nume. 3.& quoad totam causam cons.118.à nu. 6.& 185.à nu.3.& 288.num. 18. & 292. num.3.& 377.per totum, & 480.à numero 8.Et de alio Christophoro ob id excluso idem consil. 594. num.5.& cons. 636. à nu.6.per totum.Pariss.similiter quoad hæc, & totam etiam causam cons.87.a nume.19.37.& 55.& cons.89.à num. 25.libr.2. Cephal.alios referens in cons.17.à nu.14.& 268.a nu.20.& cons. 275.a n.7.per totū. Videatur Menoc.cons.152.a n. 40. & 327. a nu.15.& cons.328.per totū,& consi.376.& 379.à prin.& cons.392.& cons.575.a num.13.sunt infinita illius consilia circa prædicta.

SECVNDO ex d.clausula sequitur non solum,nō esse vocatos, neque grauatos dictos filios fratrū, sed nec illos voluisse grauare. Quod est manifestum; cum illos, vbi voluit esse grauatos,adiecerit, & in d. 6. gradu illos ommiserit. In superioribus enim gradibus, cū filios grauare intenderet, adiecit.

Et si contesçera lo que Dios no quiera,la dita Catharina,la dita Violante, & el dito Ramiro,& el dito Francisco, &c. Y los hijos, y descendientes dellos morir, &c. Cùm enim † in illis casibus,siue 132
gradibus respectiuè adiecerit testator,(& eorum filios, & descendentes,&c.) Nimirum cum eos ita grauauerit:si grauati iudicentur. At in hoc sexto gradu non adiecit testator illa verba,(& eorum descendētes. Vnde nullibi reperitur voluisse,testatorem substituere Ludouicū,& suos dictis fratribus,& eorū filiis,& descendentibus;sed solum dictis tribus fratribus casu, quo decederent sine filiis,& descendentibus.Cum itaq. Ludouicus , & sui non reperiantur substituti:non admittimus eos, vt substitutos:ita ex Alb.d.cons.40.vol. 1.ex Dec. cōs. 416.nu.9.vbi viden. Et benè facit cons.Soci.nepotis 13.à nu.26.vers. alioquin vol.3.in quo casus iste deciditur.Et facit ad totam etiā causam cons.Menoc.152.n.40.& 326. & 327.in quo affirmat, ad inducendum hoc in casu fideicommissum, fuisse necessariū repetere illa verba,(& eorum filij & descēdentes:)

& videat sub.n. 39.& cōsi.328.per totū.Et sunt hęc indubitata præsertim quādo fit relatio(vt ibi)ad tēpus mortis illius,cui fit substitutio ex Sim.de Præt.lib.3.interp.3.dub.3.sol.3.incipiente. Nono nume.9.& 10.Tanto magis, quod ex dictis
133 verbis omissis † cōstat,testatorem noluisse.Quia si voluisset, facile eidem erat addere verba prædicta: ex Alb.d.cons.40.volu.1.Dec.consi.416.nu.9.Soci.nep.cons.13.à nume.26.vers.alioquin vol.3.in quo casu decidit Menoch.cons.81.numero.110.& consilio.151. à numero 44. & consilio 171.à nume. 12. cum aliis.

PONAMVS,testatorem nō fuisse vsum diuersa forma in gradu,sed continuasse gradatim modum in aliis seruare solitum,& dixisset. *Et si Ioannes decederet sine filiis, & descendētibus,substituo Ludouicum.* Nemo dicet Ludouicum substitutum filiis,sed tantummodo Ioanni.Licet enim in superiori casu fuerint filij Ioannis honorati:non voluit eisdem,sed tantummodo substituere patri : prout ex verbis est manifestum,quæ nō possunt tergiuersari.Nec enim allegari per obliuionē omissū in huiusmodi casu: cum cordate,& pensate,& illius lectura sæpè repetita testamētum factum,& præsumatur, & iudicetur.
134 Cùm igitur verba† sint clara,& ex illis constet de voluntate testatoris:non erit super his amplius dubitandum: vltra supra relata hoc firmauit Paul.Castr.d.cons.97.nu.2.& cons.145.nu.2.lib.2.& Ias. cōs.29.à vers.confirmantur,& vers.4. pro eadem & consil.66.per totum maxime in finalibus verbis vol. 3.& viden.Paris.cons.44.a nu.33.& 34.lib.2.Et licet Paris.consi. 7.nu.28.volumine.3.videatur repugnare intelligitur quando fuerunt adiecta illa verba,(& eorum descendētes: de quibus supra apud Paul.d.cons.97.ex Alex.cons.139. à nu.3.vol.6.Paris.cons.89.à nume.28.cum seq.lib.2.& Menoch.d. cons.85.152.& 171.& 326.327.& 328.& 393. à numero 2. videatur Sim. de Pręt.lib.3.interp.3.dub.1.interpre.4.sol.2.num.12.

TERTIO ad superiora adiicitur etiam,quod licet controuertatur † in.§.quidam recte.An in ca 135
su prefato,quādo testator instituit, vel substituit fratrem, vel alium, illiusq.filios,& descendentes, dicantur simul,an successiuè vocati : & si successiuè.An per vulgarem solùm,an per fideicommissum.Et dato (citra præiuditium communis) quòd per fideicommissum etiam in casu nostro:iuxta tradita per Soci.nepot.in cons.136.à nu. 18.volu.3.Atque ita filij, & descendentes Ioannis(ita vt in superiori gradu) substituti dicantur inter se actiuè, & passiuè respectiuè vocati.Tamē alterius respectu in conditione solùm positi non dicentur quoad illum (veluti quoad Ludouicum,& suos)grauati.Licet alias vt supra)

repe-

136 reperiatur vocati. Cũ conditionis † defectus illos solũ admittat, & existẽtia illos excludat. Vocationẽ enim & grauamina superiora suos diffinitos gradus habuerũt. Frãcisci náq., filij, & descendentes (vt supra) vocati, iam prædicta vocationis ratione inter se, & respectu Ioãnis, & suorum, & Ioãnis filii, & descẽdentes inter se similiter reperiũtur actiuè, & pasiue vocati. Non tamẽ ideo respectu Ludouici, & suorum respectu præcedentis actiuæ vocationis dicentur grauati. Cum solum parentibus, & nõ filiis repe riantur substituti, & filij superiorũm iam alias fuerint, & respectu dictæ vocationis similiter per verba grauamen inducentia suo casu grauat: ex Paulo Castr. in d. consil. 97. lib. 2. ex Dec. consi. 192. per totum ex Paris. consi. 31. nume. 24. & consi. 87. nu. 25. lib. 2. & consil. 39. a nu. 7. volum. 3. Quod & diuersorũ respectu declarat Soci. nep. in dict. consi. 136. a num. 31.

ETIAM Paul. in illo consil. 97. adiecit: quod licet testator addiderit illa verba (& si dictus Ramirus, Franciscus, & Ioannes, & eorũ filij, & descendentes) non ideo esse certum induci fideicommissum. Quod sub dubio reliquit: licet quo ad nos dubium non sit, in casu quo
137 superuixerit † Ramiro Franciscus, & decesserit Michaele relicto. Cũ tunc iste non dicatur vocatus testatoris iuditio, nec ex illius prouidentia. Quod firmauit & Paul. in cõsi. 111. a n. 2. in fi. vol. 1. Tamen idem Paul. in d. consi. 97. firmauit esse sine dubio, quãdo nõ induci, prefata verba nõ fuerunt adiecta, prout in gradu prædicto. Cùm tũc Ludouicus, & sui fratribus dumtaxat, & nõ eorum filiis, & descendentibus substituti reperiantur. Et quãuis in superioribus gradibus dicti Ramiri, & Francisci filij in infinitum vocati sint, & iuxta prædictam vocationem sub prædictis verbis conditionalibus grauati similiter quod d. Ludouicum, & suos præsumantur. Nõ ideo defficientib' illis verbis admittimus, esse grauatos in casu isto. Maximè quod Michael prædictus (casu quo succederet) nõ veniret ex testatoris dispositione: cũ pater superuixerit Ramiro prædicto. Pro quibus viden. d. Paul. d. consi. 111. & Alex. consi. 185. à num. 25. lib. 2. & consi. 29. num. 11. vol. 5. Menoch. consi. 252. idem cõsi. 253. à num. 10. cum sequen. in quo decidit hanc causam & consi. 326. a numer. 14. ad vsq. 17. in quo satisfacit præsumptionibus supra relatis, licet in consi. 530. videatur eisdẽ adherere, & in premissis variare. Firmat tamen idem in consi. 328. a numer. 51. & in consi. 393. a num. 52. in quibus quoad totam etiã causam.

QVARTO Præterea dicta verba (vt iacent) apta de se nõ sunt comprehẽdere prædictum casum, † nec inducere fideicõmissum Ludouici, & suorum respectu, nec ex 138
sui natura (vt est supra probatum)

nec iuxta testatoris dispositionem. Quod ex eo deducitur: quod in superioribus gradibus similiter posuit eos in conditione, sed sub alia forma, quę grauamen inducit: videlicet si prædictus Ramirus, si prædictus Franciscus, illorumq. filij, & descendentes &c. decesserint sine filiis, & descendentibus &c. Per illa verba testator non solum voluit eos ponere in conditione, sed etiá grauare. Cùm retulerit conditioné, & grauamen ad tempus mortis cuiuslibet illorum. Quod potuit; quia vocauit. At illam formam in præfato sexto gradu ommisit. Quod nulla alia ratione potest considerari: nisi quia noluit. Et cum dicta verba conditionalia de se nihil inducant sine prædictis supra contentis: dicemus nec ex sui natura, nec ex testatoris præsumpta voluntate inducere inclusionem, sed substitutorum exclusionem. Cum verba referantur solum ad tempus mortis Francisci, & non filiorum, & descendentium, vt in superioribus. Quod declarat etiam Meno. ex Alex. Ruyn. Socino, & aliis in cons. 530. à num. 33 in quo licet cõtrariari videatur: loquitur tamen, quando fuerũt ad
139 dita verba prædicta. Et additur† etiam quod sub nominibus propriis fuit Ramiro, Francisco, & Ioanni substitutio facta, si decesserint sine filiis. Quo casu (quia ita restricta) aliquo filio relicto omnes sequentes gradus expirant: Sim. de præt. d. interp. 2. dub. 2. sol. 2. num. 11. versicu. vlterius.

QVINTO suadentur ex alio præmissa. Quod licet Michael præfatus in superioribus fuerit vocatus, atq. grauatus Ioannis, illiusq. filiorum respectu: non ideo sequitur esse grauatum per verba illa cõditionalia respectu Ludouici, atq. suorum. Cum in hac fideicommissaria materia†(quia odiosa) non ad 140
mittamus extensionem de casu ad casum, maximè cõcurrentibus circunstantiis de quibus in casu isto. Quia testator mutauit formam, & stillum, & non adiecit prædicta verba: ex Meno. cons. 172. à num. 12. Et licet alias in vulgari, ac etiam (vt alij prætendunt) in fideicommissaria admittatur: aliquando tamen concurrentibus supra relatis reiici tur ex multorũ opinione. De quo Romanus cons. 131. & 198. Dec. in l. quamuis de impub. & cons. 115. à num. 1. maxime in conditionibus
† volũtariis, vt istis: vt Dec. quoad 141
hęc, & prædictæ clausulæ declarationem, & totius causę decisionem cons. 118. à nu. 6. vsq. ad 12. & cons. 292. per totum. Paris. in terminis alios referens in consi. 37. à nume. 31. vol. 2. latè Rolan a Valle consil. 58. a num. 11. & cons. 69. a num. 20. & 30. vol. 3. Soci nepo. consi. 4. à n. 12. & consi. 100. à num. 24. & consi. 145. à num. 6. vol. 3. & infinitis aliis ab eo relatis, Menoch. etiá quoad casum & causam in consi. 85. cons. 326. & cons. 327. & 328. & 376. & 379. a num. 12. latè Repetent. in §. & quid si tantum post Communes. Quæ & procedunt non obstante, quod

quod Michael prædictus fuerit in superioribus honoratus: vt Meno. lib. 4. præs. 76. num. 43. quod ibi latius declaratur.

FIRMANTVR etiam superiora ex alio. Nam quod dici † so-
142 let, aliquando in materia substitutionum admitti extẽsionem de casu ad casum: intelligunt Doctores, quando ilie alius casus respicit personam, & fauorem illius, cui fit substitutio, sed non quando respicit personã substituti: ita declarat Bar. in l. Gallus sub nu. 9. de libe. & posthu. vbi reliqui, & Iass. cons. 220. versi. tertio pro eadem volu. 2. & consi. 29. versic. quarto pro eadem vol. 3. Quoad propositum, de quo agitur (quouis modo sit) Primo illatio non fit de vno gradu ad alium, qui specificam formam, & causam habet Socinus nep. cons. 100. vol. 3. Secundo persona Michaelis grauata in eo gradu non reperitur: licet in superiori respectu aliorum reperiatur. Tertio substitutio Ludouici solum reperitur facta Francisco patri, & non Michaeli filio. Et quarto in eo casu tantum. Non igitur dicemus substitutionem factam de Ludouico ipsi Francisco factam etiam Michaeli: licet testator verisimiliter hoc voluisset. Cũ
143 in similibus plus valeat † scriptura, quàm quod peractum est: vt dicit text. in l. si alij de vsufruct. legato. Et casus, qui pretenditur, testamento comprehensus non sit: vt de illo actũ intelligatur: vt dicit Cõsultus. in l. cõmodissimè de libe. & posth. Præsertim in Aragonia: vt est supra relatum.

SEXTO firmatur sine dubio ex alio nam licet aliàs de casu ad casum admitteretur, (quod fit sine prçiudicio veritatis) in casu isto nũquam tamen admittitur cõcurrente † diuersitate personæ, & licet 144
Molin. conetur aliquos casus adducere in quibus talis extensio recipitur: tamen fere omnes sine dubio regulam proposuerunt generalem de vna persona ad aliam nõ extendi grauamẽ, seu fideicommissum, etiã si maior ratio in persona ommissa videatur, ac etiã si aliàs de testatoris voluntate constaret verisimiliter, quod in illa persona idem disposuisset si cogitasset. Propter quod substitutio de Ioãne, & illius filiis facta Michaeli non potest dici facta de Ludouico, & suis. Item substitutio facta de Ludouico, & suis Francisco non potest dici facta illius filiis, & descendentibus. Hoc admisit cõmunis schola ex glo. in l. Titius de libe. & posthum. quod seruatur in practica: vt refert Iass. in cons. 220. & cons. 228. vers. & hæc opinio, glos. libr. 2. & consilio 29. per totum volumine 3. Alex. consil. 50. num. 15. vol. 5. & consil. 37. num. 17. volumine 6. idem Ias. consi. 22. & 86. a nume. 35. & in propria nostra specie consi. 66. versicu. tertio principaliter. §. vnde in proposito vol. 3. Roland. latè cons.

59. num.

59.num.39.& conſ.66.num.24.& conſi.69.num.19.& conſ.70.num. 13.vol.3.Dec.conſi.288.nume.8.& conſi.294.a num.7.vbi vidend.& conſi.292.a num.6.& conſi.211.& 118.a num.9.& Soci.Nepo. in con ſi.180.a n.45.lib.2.dicit nunquam in iure reperiri vt ſubſtitutio vni fa cta ſic intelligatur,vt alteri facta di catur,& Cephal.conſi.269.a num. 12.vbi etiam quoad alia viden.Me noch.conſi.171.a num.19.&.conſ. 326. & 327. & 328.& 379.& 392. cum infinitis aliis,in quibus etiam decidit totam hanc cauſam,& maxime quod(vt ſæpe dictum)eſt ſimi
145 les conditiones † voluntariæ, & in terminis ſuis cõtinentur,& ad aliũ caſum & perſonam non extendun tur cum in forma ſpecifica,& de facto ſint adimplendæ:ex Dec.conſi. 63.a num.3.ex Pariſ.conſi.87.a nu. 47.vbi etiam viden.quoad alia,& Soci nepos conſi.100.ſub num. 23. & 24.& in conſi.145.num.8.vol.3. Cephal.conſi.107.a num.19.Vnde
146 etiam ſucceſsit † quod relatio alicuius qualitatis non inducitur de vna perſona ad aliam:maximè quã do ex repetitione grauamen inducitur:ex eod.Soci.nepote in conſil. 144.num.43.volu.3. viden. etiam quoad hæc,& alia Menoc.d. conſi. 85.& 119. & 152. & 171. & 327. & 393.& lib.4.præſ.69.a nume.10.& Manti.de coniectu.vlti.volun. lib. 7.tit.5.num.11.& hæc ſunt ſine dubio,& ſub propriis nominibus ex Meno.conſi.117.a nume.14.& lib. 4.præſ.69.num.8.

SEPTIMO iuuãtur hæc om nia ex eo † quod qualitas, ꝗ qua nos, 147
poſita in vno capitulo, vel gradu non dicitur repetita in alio, qui certam,ſeparatam, & ſpecificam habet formam,& cauſam : ita ex Pariſ.vbi alios refert in d.conſi.44.a num.29.& 35.& 89.a nume. 46.& conſ.90.a nu.35.lib.2.ex Soci.Sen. conſi.116.libr.3.Soci.etiam nepos. conſ.144.a nume.43.lib.3.Et cum prȩfatus gradus differat ab aliis omnibus, ita quod diuerſã habeat formam,& diſpoſitionem:nimirum ſi vocatio facta de Michaele, & grauamen reſpectu Ioannis eidem iniunctum non continuetur in ſequẽti gradu,quoad Ludouicũ & ſuos cum reperiatur ommiſſum.Et hæc conſideratio tollit omnem difficultatem ex authoritatibus ſupra relatis: & ex Socin. nepote. conſilio 100. a numero 14. & 19. &
22. volu. 3.Maximè † quod (vt ſu 148
pra dictum eſt) verba, ſub quibus vocãtur Ludouicus,& ſui, nõ ſunt apta fideicommiſſum inducere reſ pectu filiorum, & deſcendentium Franciſci præfati:quia conditionalia:videatur Sim.de Præt.de inter. vlti.volunt.lib.3.interpret.3. dubi. 2.ſol.2.num.13.Manti. lib.6.tit.13. num.10.Menoch.conſi.327.nume. 59.videatur idem conſi. 171. à numero 22.

OCTAVO facit etiam, quia
licet alias † voluntas teſtatoris eſ- 149
ſet contraria,cũm verba tamẽ præ fata(quia conditionalia,& ad mortem

tem Francisci tantum relata) repugnant: non potest sumi sensus pro fideicommisso: per l. si cui. de vsufr. lega. ex Paul. Castren. in l. in ambiguo in princip. de rebus dub. ex Alexand. d. consi. 139. à nume. 5. volu. 6. ex Paulo Castr. consi. 152. versic. præterea quando verba, circa fin. consil. volu. 1. in quo etiam alia circa præmissa. Abb. etiam dicto consil. 40. à num. 2. vol. 1. Ias. in consil. 66. versic. tertio principaliter vol. 3. Et in casu isto tantum abest, quod sit ad coniecturas recurrendum: quod cogitare contrariũ, esset contra testatoris voluntatem: vt in proprio casu dicit Paul. in consil. 410. num. 6. versi. & hæc vera sunt vol. 1. in quo tollit omnem suspitionẽ. Pro quibus etiã facit d. cõstitu. Iustiniani 159. ibi testamẽti verbis in-
150 nixi. Itẽ verba in hoc gradu† cõtenta, & per nomina propria patres repetiti, adeo personalitatẽ importãt, & superiores dispositiones restringũt (præsertim ad tẽpus mortis relata) vt fratres soli grauati dicãtur, & nõ eorũ filij, licet in superioribus gradibus vocati reperiãtur: ex Meno. d. cõs. 152. ex 1. & 2. dub. Cũ in 1. positos in conditione vocatos præsupponat, quos tamen sub prædicta forma grauatos in 2. non admittit à num. 35. vsq. ad 49.

NONO superioribus etiã additur, quod iã aliqualiter fuit supra relatũ: quod nõ potest vti beneficio scripturæ, qui nõ est in ea nominatus, nec nisi in eo quod exprimitur. Cũ ommissũ† à testatore in scriptu- 151
ra dispositiua semper habeatur pro ommisso: ex Bal. & Paul. in sæpe allegata. l. cũ proponebatur. Vnde cũ ad effectũ, de quo agitur, illa verba, & eorũ filij, & descẽdentes, fuerint ommissa: est manifestũ noluisse Ludouicũ, & suos substituere Michaeli filio, sed patri Frãcisco: ex Bal. in l. 4. C. de fals. caus. adiec. lega. ex Iaso. d. cõs. 200. vers. quinto in fauorẽ, & per totũ vsq. ad fi. Et ideo nõ fiet transitus de personis parẽtũ ad personas filiorũ: cũ nec hic agatur de declaratione, quod sub tali forma verborũ cõtineatur: vt in l. fi. ad Treb. sed agitur de extẽsione substitutionis factę parẽtibus ad personas filiorũ. Tãto magis quod nõ potest dici illa verba per obliuionem ommissa: cũ cõsecutiuè, & vno cõtextu testamentũ, & factũ videatur, & iudicetur. Cũ igitur ex prędicta ommissione appareat † de clara, & a- 152
perta testatoris voluntate: non erit super his amplius dubitandum: vt in hac specie firmauit Paul. in consi. 185. num. 2. lib. 2. & Iaso. in cons. 66. per totum, & maximè in fi. verbis, & in consi. 29. a versi. confirmãtur, & versi. quarto pro eadem parte vol. 3. & vidẽ. Paris. cõs. 44. n. 33. libr. 2. per regul. l. si mater. §. 1. de vulgari.

DECIMO suadentur omnia præmissa, quod fratres præfati nullo in gradu reperiuntur grauati casu, quo decederent cùm filiis, sed solum eo casu, quo dece-

 derent

derent sine illis (vt ex gradu Francisci fuit supra probatum:) cũ quilibet eorum superuiuens superiori non fuerit grauatus casu, quo decederet filiis relictis. Cùm igitur hoc nouum non sit (casu quo ex præcedentibus, vel ex assuetis argumentũ sumi posſit:) dicemus & in hoc gradu continuasse superiores dispositiones, etiam respectu Ludouici: vt eo tantummodo casu substitutus dicatur, quo fratres decederẽt sine filiis.

VNDECIMO (& vt concludamus hác partem.) Ratio, quæ mouet testatorem ad disponendũ aliter respectu Ludouici; quam aliorum fratrum, eorumquè descen-
153 dentium, ex eo † quia vnica, est manifesta: ex glos. in l. quamuis cum ibi notat. C. de fideicommiss. Est itaquè ratio. Quia Ludouicus alia, & opulenta bona posſidebat. Fratres autem minores nihil habebát. Quamobrem horum bonorum respectu non Ludouicum primogenitum, sed fratres minores prædi-
154 lexit. † Quod ex ordine vocationis apparet (vt est supra dictum:) ex notat. in l. Gallus. §. 1. Ratio itaq. mouens testatorem ad peruertendam naturam quoad ordinem succeſsionis, mouit quoad modum succedendi. Ita vt in Ludouico, & suis aliter, & diuersimodè quam in aliis disponeret, & ordinaret, siue substitueret. Ex noua itaquè forma procedendi, siue vocandi, & ex prædicta diuersitatis ratione facilè iudicatur, in hoc gradu, aliter quam in superioribus, voluisse, & disposuisse. Aduertatur, quod facilè testator, & vnico verbo poterat illud ordinare, si idem in Ludouico, quod in superioribus, voluisset. Poterat namquè dicere: & si dictus Ioannes, illiusquê filij, & descendentes, &c. Ex Paul. de Castr. consilio 184. & 185. libro 2. vel omnes superiores, &c. Cum igi-
tur mutauerit formam † tanto verborum apparatu: iudicatur quod nulla alia ratione mutauit, nisi quod ob prædictam rationem aliá voluit inducere dispositionem, & substituere Ludouicum, & suos, tátum fratribus, & non illorum filiis, & descendentibus: vt ex litera constat. Pro quibus videatur Alexan. consilio 38. à num e. 6. volum. 6. Et in simili quoad rationem, & alia Iason in consilio 142. sub num. 3. versicu. 5. & sub numero 5. versicu. 8. & versic. non obstat secundum, & d. consi. 226. per totum lib. 2. & Mar. Socin. nepos consilio 13. à numero 22. & à numero 29. vsquè ad 31. in quo tollit difficultatem, & Menochi. consilio 172. à numero 14. & 327. à numero 15. cum adhærentibus de quibus supra. Ratio itaquè prædicta, quæ fuit potens mutare ordinem, potuit & mutare dispositionem, vocationem, siue substitutionem. Cùm ratio sit quæ regit, & regnat. 155

ET licet ratio prædicta non militaret: † non videtur absurdum, 156
& irra-

& irrationabile, quod testator aliter respectu Ludouici, & suorum, qui aliorũ superiorũ disposuerit, & ordinauerit. Quia potuit & hoc sine vitio, & iniuria facere. Et si casus contigisset in descendẽtibus Ludouici (prout in D. D. Garsia) D. D. Christophorus idẽquoq., & sine dubio defenderet, & allegaret, quod testator ita disposuerit: iux. l. si rem & pretium cũ ibi nota. de peti. hæred. & l. de fideicõmisso de trãsac. C. & l. fi. C. de solut. & l. prospexit. qui & a quibus. Ad propositũ tamẽ, cùm variæ sint hominum mentes, licet non consideraretur ratio prædicta, sufficeret, quod testator ita disposuerit, & quod fratribus, & non eorũ filiis substituerit: ex l. quia poterat. ad Trebel. Quod & aduertit optimè Paul. in cons. 185. à n. 2. lib. 2. Dec. cons. 465. à n. 17. Soc. nepos in d. cõs. 13. à n. 28. vol. 3. Hæc itaq. qualitas diuersificat intẽtionẽ, atq. dispositionem: ex l. si quis rem. de furtis. & ex l. 3. §. non tantum. de iniur. vbi not. ex Alex. cons. 139. à nu.
157 5. vol. 6. Tandem aliud † est dicere, ita debuit facere, aliud ita fecit. Quia nos nõ quod debuit, sed quod fecit, vel scripsit, solum attẽdimus: vt voluit Paul. in d. cons. 185. in fi. Præsertim in Aragonia, in qua sufficit allegare, ita scriptum est, ex sæpe supra relatis.

ET nimirum si respectu diuersorũ diuersimodè quis cõstituat, atquè disponat: cũ & respectu eiusdẽ sępe contingat. Propter quod & aliquando † expedit magis ex vna quam ex alia substitutione, & ex vno magis, quam ex alio titulo, & ab intestato magis, quam ex testamento succedere: ex l. 1. §. si proponatur. Si quis omit. caus. testam. & l. recusare. §. Titius ad Trebel. ex Paul. Castr. cons. 302. à nu. 4. volu. 1. vbi & quoad alia viden. Et quoad Michaelẽ, si euenisset, est certũ quod in casu, quo pater superuixerit Ramiro, posset ab intestato, & illo non superuiuente, ex substitutione in eadem hæreditate succedere. Ex quibus satis constabit, D. Garsiam fundatam habere intentionem contra Don Christophorum. Quam & si non ita haberet, sufficeret eidem quod dicere posit: quoad te liberas ædes habeo, vt est supra dictum. 158

SED quia non est tantùm insistendum in fundanda intentione D. D. Garsiæ, quantùm in repellenda D. D. Christophori opinione (pro vt de Christianismo, & elinismo apud lactantium, atquè Budeum:) non est cur amplius insistamus in rationibus, quæ pro parte D. D. Garsiæ facere posſũt: cũ superiores sufficiãt. Sed erit respondendum præsumptionibus, quæ partem D. D. Christophori iuuare videntur. Nam si eis fuerit satisfactum, vel alias non constet de fideicommisso: pro D. domino Garsia nihil desideratur. Cùm is, qui prætẽdit fideicommissum, probare debeat inductum: ex multis

in princip. relatis. Et licet ex superioribus satisfactum omnibus videatur. Tumquia conditiones primi gradus, sub quibus sequentes, ac etiam & conditio, sub qua Franciscus, & sui, ac sub qua Ludouicus fuerunt vocati, defecerint. Tum etiam quia præsumptiones fuerunt per Iustinianũ (vt supra) reductæ. Tumquia casu, quo locus fuerit cõiecturis, debent esse necessariæ. Tamen operepretium erit non solum generaliter omnibus, sed & in specie singulis respondere.

OMNIBVS itaq. præsumptionibus supra relatis vno verbo satisfieri potest: si dicamus, conditiones in gradu filiorum Catherinæ, & in gradu Fráncisci, & in gradu Lu
159 douici defecisse. Cùm deficiente † conditione, sub qua illi sunt vocati, corruant omnes gradus sequentes non obstantibus quibusuis verbis adiectis, siue in perpetuum, siue in infinitum, vel in finem seculi: de quo Menoch. consil. 326. num. 3. & num. 40. & 63. & num. 79. vel quolibet alio modo fuerint, verba cõposita ad perpetuitatem inducendam, & non obstãte quod progressum fuerit ad plures gradus, nec qualitate masculinitatis, nec legitimi masculi, nec delationis nominis, & trophei, nec de qualitate primogeniti, vel paritate affectionis, vel quod fideicõmissum videatur reale, nec aliis supra consideratis pro parte D. D. Christophori. Quia deficiente primo, vel superiori gradu ob deffectum conditionis corruent omnes sequentes cùm omnibus suis qualitatibus, & circunstantiis: ita vt sublato primo, sequentes non sint amplius in cõsideratione. Cũ itaq. defecerit prim⁹ gradus, in quo filij Catherinæ, vocãtur ob cõditionis deffectũ, & gradus filiorũ Fráncisci, ex eo ꝙ superuixerit Ramiro, & similiter gradus Ludouici ex eo, quod Fráciscus decessit filio relicto: erit sine dubio, ex singulis, (quãto magis ex tribus ita relatis deficiẽtibus) corruisse prædictum prætensum fideicommissum. Videãtur cõmunes vbi etiã Imol. in l. Centurio, & Paul. & Alex. in l. si pater impuberes. de vulgari. & Alex in sæpe relato cons. 139. nu. 1. 3. & 4. vol. 6. idem in cons. 24. & 59. volu. 3. Ias. consi. 148. & 228. in versi. 3. 4. & 5. & vers. licet. in quibus cõiecturis satisfacit, & excludit Ludouicum, & illius descẽdẽtes. Viden. etiam Paris. cons. 44. à n. 21. & cons. 88. à n. 17. lib. 2. Cepha. cons. 17. à nu. 10. & cons. 258. à n. 20. in fi. & consi. 268. a nu. 13. Menoch. etiam quoad hæc & alia latè in cons. 85. & cons. 171. & 326. & 327. & 328. & 376. & in aliis infinitis, de quo etiam Manti. in lib. 11. tit. 3. nume. 13. Quæ omnia fundantur, etiã si testator disposuerit, quod ei⁹ bona ꝗ nõ recederẽt de 160
eius parẽtella, & familia. Quia omnia intelligũtur in casu, quo cõditiones nõ defecerint, & in euẽtũ quo talis casus euenerit: vt probatur euidẽter in relata cõstitutione 159. supra. & in specie Sim. de Pr. lib. 3. inter-

interpret.3.dub.1.sol.10. nume.11. num.71.versic.tertio vbi alios refert. Maximè vbi coniecturæ non ita simpliciter recipiuntur, & sunt alia infinita Soc. nepotis, & aliorū consilia, quæ non curo referre: cū iam multa ex illis sint in superioribus sæpè repetita.

161 ET eo magis, quod coniecturæ, quæ requiruntur, debent esse necessariæ, & cōcludētes: vt tenet Paul. consi.28.in fi.lib.2.& Ias.in d.consil.228.vers.4.facit & consilio.66. versic.primo negando volum.3.& ita decis.Putei supra relata fuit ob coniecturam necessariam, de qua Mar.Soc.nep.cons.158. sub nume. 73.lib.2. Licet quo ad nos, si aliqua coniectura necessaria iudicari deberet, esset quod positus in conditione reperiatur grauatus: cum in necessariam consequentiam præsupponat vocationem. Quod tamen non recipitur iuxta communem: vt est supra probatū. Et si hæc (vt supra) non recipitur: nullæ aliæ admitti possunt. Quia omnes voluntariæ: vt ex discursu constat, & apparet. Et de volūtariis, maximè

162 inter † collaterales, non habetur consideratio: de quo & Puteus d. decis.215. Tanto magis quod in casu isto nec grauamen post conditionem reperitur adiectum.

ET tandem quoad Primam prædictam coniecturam de digressione ad alios gradus, non est cur immoremur ex supra dictis. Et quia cōmuniter † reprobatur: vt firmat 163
Ripa in l.Centurio num.165. Item & ea non obstante habet locū glo. prædicta l.Lucius: ex Paris.in cons. 31.num.29.& consi.86.à num.28. lib.2. ex consil.Soc.Senior.104.& 116.volum.3.supra relatis. Tanto magis quoad gradum Ludouici, & suorum: cū euenerit casus, quod Franciscus filios reliquit, nihil amplius reperitur, nec iudicatur dispositum: vt declarat bene Socinus nep.in cons.100.ante nu.62. volu. 3.& latè Menoch.consi.152. in fin. & consi.326.à numero 63.cum infinitis aliis ab eo etiā relatis. Etiam si adiectum fuerit de filiis in filios, & alios descendentes. Cùm hæc omnia intelligantur quoad personas substitutas, & non de personis, quibus fit substitutio: ex Alexan.d. consi.139.lib.6.& ex Ias.d.consilio 128.lib.2. & Simon de Prætis libr. 3. interpret.3.dub.1.sol.10.numero 21.& sol.11.à nume. 71.versi. Tertio, vbi latè & Menoch.lib.4.præs. 69.à num.10.maximè inter extraneos, idem præs.76.nu.51. & cons. 326.num.62.vbi similiter declarāt non procedere inter extraneos sub num.55.& tandē Rota tenuit hanc coniecturam non esse in considera tione: vt per Augusti.d.decis.8.

NEC secunda de prohibitione alienationis † attenditur, etiam si 164
adiectum fuerit, neque per venditionem, neque donationem, neq. permutationem, neque quocumq. tandem titulo in alium transferāt,

aut meo nomine, & mea familia, seu parentella alienent, sed filiis, nepotibus, ac affinibus suis relinquant: vt manifestè deducitur ex prædicta constitutione 159. de restitutione fideicommissi. Quia talis prohibitio intelligitur, postquã ad ita prohibitos peruenerint iuditio testatoris, & ex illius dispositione. Deficiente autem conditione vocationis amplius præfata, & aliç qualitates (licet sæpè repetitæ) non sunt in consideratione: cum intelligantur, illarum casu adueniente, & respectu tantum illorum, quibus talis prohibitio fuerit iniũcta. Propterea prædicta alienationis prohibitio non potuit iniungi D. Contesinæ, nec Catherinæ. Quia Catherinæ non fuit honorata Contesina: quia defecerat conditio, sub qua grauata, cum vel Catherina non nupserit, & filios non habuerit tẽpore mortis illius, vel quia Ramiro superuixerit Franciscus, & decesserit filio relicto, & quoad casum, nec fuit iniuncta D. Michaeli respectu Ludouici. Cùm itaq. defe
165 cerint† conditiones sub quibus iniuncta, nec qui alienarunt impediti fuerunt, nec ob similem prohibitionem possunt Ludouici descendentes pretendere inductum fideicõmissum: ex Alexan. d. cons. 139. sub num. 3. volu. 6. & cons. 59. numero 15. volum. 3. Decius cons. 218. num. 14. & cons. 288. nu. 11. & consi. 377. à numero 9. & consil. 636. à nume. 11. Cephal. cons. 17. à nu. 31. & consil. 293. à num. 5. Menoch. late in d. cons. 85. à num. 103. & libr. 4. præs. 63. num. 28. & præs. 69. à num. 10.
Et licet in casu contrauentionis†. 166
concurrentibus aliquibus circunstantiis dicatur ab aliquibus inductum: tales non concurrunt in casu isto. Nec dicetur aliàs alienatio facta extra familiam: cũ facta fuerit in descendentes Elisabethis sororis ipsius disponentis, in quos, & ab intestato poterant suo casu bona deuenire: ex Dec. consil. 422. à num. 2. Tanto magis, quod nec alienatio in nurum dicetur extra familiam: ex d. const. 159. Quantò minus in aliquem collateralem.

NEC tertia cõiectura† de qua 167
litate masculinitatis attenditur. Nam licet in hac Menoch. variauerit in cõs. 152. & in cons. 393. vbi benè soluit, & multi cùm Lappo, & Decio tenuerint. Tamen communiter reprobatur, & in scholis, & in Palatijs: vt dicit Alex. in d. cõs. 139. num. 7. vol. 6. & idem cons. 24. lib. 3. Dec. cons. 271. à nu. 5. Paris. cons. 44. à numero 12. & consi. 86. à nu. 15. 29. & 31. lib. 2. Cephal. cons. 115. nume. 15. & hoc esse sine dubio firmat Rippa in d. l. Centurio sub nu. 162. Soci. nep. viden. in cons. 177. à num. 11. & 26. lib. 2. Menoch. lib. 4 præs. præs. 77. nu. 29. & consi. 327.
à num. 10. Nec ratio agnationis †. 168
per d. qualitatem ita attenditur inter descendentes foeminarum, de quibus nos: vt dicit Dec. d. consil. 271. à num. 5. & cons. 416. sub num. 19. de quo Soc. nep. cons. 4. à num. 20. &

20.& consi.155.à nume.10. volu.3. & bona decis.Putei 274.lib.3.in fi. reprobás cons.Soci.nepotis 53.lib. 2. Sunt infinita scripta circa hanc qualitatem,& inter se cõtraria eorundem consulentium quoque respectu. Sed communis est talem qualitatem non inducere fideicõmissum,& sufficere, quod operetur exclusionem fœminarum: ita vt masculi tantum,& non fœminæ substitutum excludant: de quo & Aug. d. decisione 8. & facit consil. Oldradi 21.sæpe in hac materia repetitum.

169 NEC quarta quæ refertur,† ad de legitimo matrimonio natos, fideicõmissum inducit. Cũ nec legitimatorũ, nec naturaliũ, exclusio indicat hos esse vocatos. Cùm nec hæc licet sæpe repetita intelligatur nisi purificata conditione fideicõmissi:ex Alex.cos.59.vol.3.Cepha. consilio 17.nu.28.& Socin. vbi supra & Menoch.d.cons.85.à nume. 119.& cons.326.& 327.

SIMILITER qualitas delationis nominis,& Armorum, (stantibus supra relatis) non est in consi-
170 deratione. Tum quia † intelligitur existente conditione, & respectu illorum, quibus repetitur imposita. Deficiente tamen conditione omnia cessant: vt est supra probatum ex Alex.d.consi.139.à num.3. & ex Menoch.d.consi.326.à nume. 67.
171 Nec ista impositio est ita solida, † atque perpetua, quod qui succedit, ferre nomen, & Arma teneatur: prout si iusus sit iubente nobilior: ex Sim.de Præt.libr. 3. dub. 2. sol.3.num.21. Tantò magis, quod hæc consideratio potest verificari absque onere fideicõmissi. Et hæc qualitas licet à relatis approbetur, etiam in vltimis volútatibus: cùm potius respiciat elinismum, quàm Christianismum,& tendat ad perpetuandum nomen potius in terra: quam in cœlo: permittit Deus, vt sæpe reincidat in vanum ex eorundem testatorum dispositionibus. Pro vt in isto Ramiro, qui vno
verbo† (casu quo ita voluerit) potuit intentioni satisfacere, & voluit tanto apparatu verborum disponere,& gradus, & casus distinguere: quod de illo dici posset, quod id quod voluit non dixit, & id quod dixit non voluit: vt in l. in ambiguo de reb.dub. Et hoc est in penam illorum, qui volunt in terris memoriam suam perpetuare: vt dispositiones illorum cito euanescant. Hoc vnum percire possumus, quod nulla potestas, nec familia esse merosa potest: si volum', exempla priorum respiciamus fortunas,& dispositiones: vt ex Regũ superiorum, ac etiam,& de Atorella, quorum,& potens nomen,& euanuit,& bona ad alias familias deuenerunt. 172

SEXTAE præsumptioni,† seu potius rationi, quæ magis vrgere videbatur est respondendum: cùm ab huius resolutione pédeat totius 173

fere

fere causæ decisio, cùm ex d. 6. gradu & verbis in eo contentis fundet d. D. Christophorus suam vocationem. Et licet ex superioribus videatur satisfactũ: magis tamẽ in specie, & in indiuiduo hic satisfieri poterit. Et primò dicimus verè substitutionem de Ludouico, & suis solum reperiri factam fratribus, & non eorum filiis, & descendentibus: vt ex tenore verborum constat manifeste. Et vt dicit Paul. in allegato cons. 97. sub nu. 3. libr. 2. vt prædictus Ludouicus, & sui dicerentur filiis, & descẽdentibus
174 substituti: erat † necessarium, testatorem apposuisse illa verba: si prædictus Ramirus, Frãciscus, & Ioannes, eorumque liberi, & descendẽtes. Et licet in cons. 131. in princ. videatur adhærere Bar. declarat hoc tamen, quando vsus fuerit testator ea forma communi, additis verbis supra relatis. Aliàs quandò nõ fuerint addita, tenet sine dubio, non fuisse fideicommissum inductum: vt tenuit etiam Bald. ibidem ab eo relatus. Pro his facit Alex. cõsi. 22. à num. 7. & 8. volu. 3. & cons. 13. volum. 4. Dec. cons. 95. à nume. 5. Paris. latè consi. 86. & 87. libr. 2. Soci. nep. cons. 4. per totum, & maxime num. 19. & 20. & cons. 100. à num. 14. volum. 3. in quo aduertit multa circa casum, de quo nos, de quo & Couar. in c. Raynũtius. §. 3. nu. 3.

ET licet dicatur hos filios, & descendentes non posse considerari, simpliciter positos in conditione: cum & in superioribus gradibus reperiantur substituti, & honorati, quo casu intrat decisio Augustini 8. vt in conditione positi dicantur grauati. Tamen (vt est iam supra dictum) cum hij gradus † sint distincti, & separati, & per se constituti, 175
non importat quod Michael prædictus in superioribus reperiatur substitutus, siue vocatus: ex Paris. d. consilio 44. à numero 8. & 29. & consi. 86. num. 40. lib. 2. & aliis ab eo relatis. Tanto magis, quod hæc eadem ratio,) quæ aliquos mouit, vt crederent † positos ita in 176
conditione, vt in casu isto, dici grauatos, quia in superioribus reperiuntur vocati: adducitur in cõtrarium. Nam ex eo quod in alio superiorum graduum reperitur quis vocatus: creditur illius gradus respectu solum vocatus, & non inferiorum: ita in specie propria firmauit Menoch. lib. 4. præs. 76. nume. 43. & 89. ex Soci. Sen. d. consi. 116. lib. 3. & ex Zanco in d. §. cum ita par. 7. num. 93. Tanto magis quod in hoc casu vocatio prædicta Michaelis in gradibus superioribus facta fuit suo respectu, & illius occasione iam fuit grauatus restituere Ioani. Casu enim quo simpliciter Michael reperiretur solum vocatus, & nullo antea modo grauatus, poterat forsan dubitari. Sed quando iam in superioribus reperitur grauatus, (pro vt Ioannis, & suorum respectu,) tale grauamen non debet multiplicari, nec contra verborum proprietatem extendi de Ioannis,

verborum proprietatem extendi de Ioannis,& suorum personis ad Ludouicum,& suos. Et ideo licet in superioribus filij Francisci dicãtur actiuè, & passiuè vocati inter se,& per verba tractum successiuũ habentia,ac similiter respectu quoque Ioannis:considerari tamẽ nullo modo potest per verba præfata cõditionalia,hos esse grauatos Ludouico,& suis. Cùm isti non filio, sed tantummodo patri reperiãtur substituti. Ac nec testatorem voluisse substituere,ex multis inducitur (si bene clausula præfata percipiatur.) Primo quia in illa sunt ista verba. *Si los ditos Ramiro,* dictio ditos,restringit, & reducit casum ad illos. Secundo quia sub nominibus propriis,quod restringit, etiam dispositionem ad personas solũ nominatas. Tertiò quia solum se retulit ad mortem illorũ, & non filiorũ. Quarto quia per verba cõditionalia,que nihil ponũt. Quinto quia gradus distinctus, & separatus sub noua, & diuersa forma inductus. Sexto quia de gradu ad gradũ. Septimo quia nec de casu ad casum. Octauo quod multo minus de persona ad personã admittitur protogatio. Et nono quia adiicitur eo casu. Et decimo quia fideicõmissum est odiosũ. Et vndecimo quod non dicitur inductum,nisi expressè probetur impositum. Propter quæ(ita ut supra cõsiderata)simpliciter dicimus: quod licet in superioribus Michael prędictus solum actiuè reperiretur honoratus: non ideo per verba prædicta,(ita vt in prædicto gradu relata)diceretur respectu Ludouici,& suorũ grauatus. Quanto magis in casu isto:quod vbi voluit grauauit, & vbi noluit ommissit verba ista,& eorũ filij,& descendẽtes. Deducuntur hæc manifestè ex Menochio cons.152.ex primo & secũdo dubio: cum in primo præsupponat esse filios vocatos licet per verba conditionalia concurrentibus aliquibus cõiecturis,de quibus per eum. Et tamen in secũdo dubio resoluit per formam,de qua in gradu isto,non dici grauatos. Ita à nu. 35 ad vsq.49.vbi attenta facti positione,& vtriusq. dubij resolutione decidit in specie ad casum istũ, & idẽ in cons.326.in 4.& 5. casibus simul condderatis sub nu.41. cũ sequentibus. Adeo quod in fine consilij affirmat ita esse iudicandũ, & quod si munere iudicis fungeretur ita iudicaret. Aduertantur bene dicta consilia:quia in illis,ac in cons. 327.& 328. omnibus satisfacit. Et hęc iuuantur ex l.§.fi.de legat.3.saltim in casu,quo Franciscus superuixit Ramiro, & decessit Michaele relicto, & ex l. si mater.§.1. de vulgari cum ibi notatis. Et tãdem in casu isto licet in superioribus filij fratrum reperiantur vocati,non tamen respectu Ludouici, & suorum reperiuntur grauati in gradu præfato. Qui cum grauati non reperiantur:non est cur de fideicommisso quæramus.

CLAVSVLA igitur præfata,† (si sine liberis,& descendentibus), 177

in cellula præfata, non inducit fideicommissum quoad Ludouicũ, & suos, sed deficiente conditione, illorum exclusionem. Cùm siue relicto filio, siue eo sublato, relicto nepote, vel eo sublato, relicto pronepote, vel alio descendente decesserit Franciscus, excludantur in perpetuum Ludouicus, & sui. Vnde illa verba non inducunt tractum successiuum: vt Ludouici, & suorum respectu descendẽtes præ dicti dicãtur grauati, sed quod existente aliquo descendente tẽpore mortis Francisci euanescat fideicõmissum: ita ex Paul. d. cons. 97. & Alex. cons. 22. à num. 7. & 8. Ias. consilio 143. numero 4. lib. 2. Dec. specificè consilio 218. à numero 7. & consilio 288. à numero 1. & quo ad hæc & alia consilio 292. per totum, in quo decidit hunc casum, & similiter in consilio 377. à numero 1. Paris. consilio 58. sub numero 5. & consilio 87. sub nume. 39 & 51. cum seq. & consilio 89. à nume. 25. lib. 2. Cephal. consilio 17. à numero 14. cons. 268. à num. 20. & consilio 275. à numero 7. Fiunt hæc manifesta ex eo, quod relatio fit ad tempus mortis Francisci, & non filiorum, nec descendentium ab eo: vt est supra late probatum.

178 ET his existentibus † non obstat decisio Augustini 8. Primo, quia (vt ex eadem apparere videtur) fuit in alio capite illa decisio fundata. Secundo dato quod illa prior vocatio aliquid posset operari, est quando non essent gradus ita distincti, & separati sub diuersa forma, & modo, sed quod sub eodem cõtextu, & consecutiuè vocatio, & prædicta clausula contine rentur: quod & adhuc non ita simpliciter admittitur, vt est supradictum. Tamen cum sit in casu nostro diuersa, & separata clausula, & dispositio: iudicatur etiam diuersa voluntas: ex supra relatis, & in specie Menoch. cons. 171. à nume. 22. Et 3. respondetur non procedere, quando illa vocatio suum habuit grauamen, (vt in casu isto) quod nec de persona ad personam extẽditur. Et quartò præfata verba cõditionalia, tunc demum inducerẽt grauamen: quãdo fuerint adiecta verba supra relata (& eorũ filij, & descẽdẽtes.) Et quintò proprius ad casum, quod illa decisio solum tendit ad hoc: An grauati ex eo quod in conditione positi, præsumantur vocati: vt ex illius tenore deducitur. Nos autem è contrario: An vocati, ex eo quod in conditione positi, dicantur grauati. Inter quæ est longa differentia. Cùm facilius præsumatur vocatio propter grauamen expressum, quã grauamẽ propter vocationẽ expressam. De quo latius infra. Vnde in casu nostro non potest adaptari prædicta decisio. Cùm Ludouicus, & sui dumtaxat substituti reperiãtur fratribus, & non filiis in casu, quo decederẽt sine filiis. Quæ adiectio temporis mortis illorum, tollit omnem suspitionem, atq. etiam alias esset contra omnes auctoritates supra ex Paris.

ex Parif.& Menoch.relatas. Et ita erit resolutio, quod non obstante, quod Michael prædictus fuerit in superioribus vocatus, atque respectu suorum, atque etiam Ioannis grauatus: non ideo dicentur Ludouicus,& sui eidem substituti.

NEC attenditur consideratio septima, nec dispositio. l. quamdiu
179 cum ibi not. Cùm nos † nō agamus de graduum defectione propter caducitatem, sed solum propter conditionis defectū: inter quæ est longa differentia. Cum deficiente conditione gradus præcedētis corruāt omnes sequentes: vt est supra probatum. Nec (vt dictum est) facit, quod Michael in superioribus vocatus reperiatur,& ideo quoad Ludouicum, & suos grauatus similiter iudicetur. Sed vt quoad hæc, & sequentia ad hāc vocationem tendentia sit satisfactum: sunt sex capita consideranda. Ex quibus tota hæc causa resoluetur, & omnia dubia ex prędicta vocatione resultantia cessabunt.

PRIMVM caput est, quan-
180 do filij solum ponuntur † in conditione, nec vllibi in testamento reperiuntur vocati, neque grauati. Et tunc de plano procedit iuxta communes traditiones, quod nec hij filij ex eo quod in conditione positi, dicantur vocati, neque grauati: ex Iason. consilio 89. à numero 1. versiculo & in istis terminis volumine 1.

SECVNDVM caput consideratur, quando † filius est positus 181
solum in conditione,& deinde reperitur grauatus. Quo casu cōmunis est contra Bart. Nec ex eo quod est grauatus dicetur vocatus. Cùm tale grauamen nō subsistat: ex l. ab eo. C. de fideicommiss. cum aliis supra relatis.

TERTIVM caput considera-
tur, quando filius † reperitur vocatus,& aliorum respectu, in cōditione positus,& quoad eosdem grauatos. Quo casu non est dubiū quoad eosdem dici grauatum: vt contingit in gradibus superioribus. Nam Michael fuit substitutus Ramiro, & ita vocatus. Fuit in conditione positus, atq. respectu successorum suorum,& Ioannis, atq. suorū grauatus: cū semper adiecerit illa verba, si eorum filij, & descendentes eorum,&c. Et hoc casu procedunt doctrinæ contrariæ,& cons. Socin. nepotis 168. n. 75. lib. 2. & aliorum qui repugnare videntur. Ita declarant quoad nos Menoch. lib. 4. præs. 76. sub num. 43.

QVARTVM caput conside-
ratur, quando † quis in vno gradu 183
reperitur vocatus,& aliquorum respectu in conditione positus, atque grauatus,& in alio inferiori gradu respectu aliorū solū in conditione positus. Et hic est casus noster. In quo facilis est resolutio, quoad in eo gradu cōtentos positum in conditione non dici grauatum: cùm

quorum respectu grauare voluit, illud imposuerit, & quorum noluit, illud omisserit. Atque in hoc sexto gradu, licet Michael prædictus in superioribus fuerit vocatus, & in conditione positus, atque grauatus respectu suorum, & Ioannis: tamen respectu Ludouici, atque suorum solum fuit in conditione positus, & Ludouicus, & sui substituti solum Francisco patri, & nõ Michaeli filio. Et ideo vocatio superioris gradus non dicitur in isto repetita ad effectum de quo agitur: cum & gradus sit distinctus, & separatus, & substitutio solum patri, & non filio facta. Et tanto magis quod si testator idẽ quoad istos voluisset, vt in superioribus: eidem grauamen imposuisset. Ex quibus sequitur manifestè, quod testator, quos voluit Ioannis respectu grauare, voluit Ludouici, & suorum respectu liberos dimittere: cùm non adiecerit illa verba, & eorum filij, & descendentes, &c. Et his concurrentibus non solum non inducitur præsumptio pro Ludouico, & suis: quod imò iudicatur contra eos, contra quos, & verborum significatio, & prædicta præsumptio facit. Hæc omnia ita vt supra relata deducuntur ex Abb. d. cons. 40. ex Dec. cons. 95. vers. venio ad secundum. & consil. 292. ex Paris. d. cons. 44. à num. 9. & 29. vsq. ad d. cons. 44. à num. 9. & 29. vsq. ad 35. & d. cons. 86. num. 40. & consil. 87. à nu. 19. & cons. 89. à nu. 10. lib. 2. ex Soc. Sen. d. consil. 104. & 116. vol. 3. Soci. nep. cons. 180. à nu. 45. libro 2. & cons. 4. per totum maxime à nu. 19. & 20. volum. 3. & post eos, & alios Menoch. in specie lib. 4. præs. 76. à num. 89. Et tanto magis casu, quo superuixerit Ramiro Franciscus; cùm Michael non succederet ex testatoris dispositione: vt idem Menoch. d. præs. 76. à nu. 43. & ex aliis per eum etiam supra relatis.

ET quamuis substitutio, seu vocatio facta de Michaele, & suis in superioribus gradibus sit perpetua, atq. ideo negari non possit, quod licet in prædicto sexto gradu ponantur in conditione, non ideo desinant esse vocati: prout vocatus dictus Michael reperitur, quia patri suo substitutus. Tamen quoad prætensum grauamen ex præfata vocatione non infertur. Fatemur, dictũ Michaelem esse vocatum, & patri substitutum, atq. similiter illius vocationis ratione esse grauatum respectu suorum descendentium, & Ioannis atq. similiter illius descenden. successiuè, actiuè, & passiuè vocatum. Diffitemur tamen dici grauatum respectu Ludouici, atq. suorum: cùm & respectu vnius quis possit grauari, & alterius omnino, liber dimitti: prout in isto casu. In quo grauauit testator Franciscum restituere filiis, ac descendentibus, & in eorum defectum ipsi Ludouico, & Michael suis descendẽtibus, non tamen dicto Ludouico. Ex quo cũ Michael nõ fuerit grauatus Ludouico: nõ est cur imaginemus substitu-

substitutionem, quam testator sciẽter ommisit. Non enim Michaeli filio, sed Francisco patri substituit: exemplo l. cum in testamento de hæred. insti. & l. si mater. §. 1. de vulga. De quibus etiam est supradictũ. Et viden. Meno. d. consil. 152. à nu. 49. & 56. & d. cõsi. 326. 327. & 328. Et est indubitatum, cùm Ludouicus, & sui nõ sint filiis, sed patri substituti. In summa ad effectum, de quo agitur, duo requiruntur. Primũ vt quis sit vocatus, & hoc in isto casu concurrit. Quia Michael reperitur honoratus. Secundum quod sit prætendenti grauatus, & hoc in casu isto defecit. Quia dictus Michael non reperitur Ludouici, & suorum respectu grauatus. Et quoad verborum proprietatem hæc est veritas: immo, & quoad intentionem non obstantibus præsumptionibus supra relatis. Cùm non fuerint reperta verba illa, & eorum filij & descẽdentes. Videantur in specie Meno. d. consi. 152. à n. 56. vbi resoluit hãc partem & in d. consil. 85. à nume. 99. vbi viden. & etiam Ludo. Roma. consi. 228. num. 13. versicu. est etenim &c.

QVINTVM caput considera-
185 tur, † quãdo quis in superioribus gradibus reperitur vocatus, atquè grauatus, in medio solum in conditione positus, & in alio sequẽti grauatus, & tali casu succedit opinio Parisi. d. consi. 44. & d. consil. 86. n. 40. vt in medio gradu in conditione solum positus nõ dicatur quoad eum gradum grauatus. Et ideo licet prædictus Michael reperiatur supra respectu suorum, & Ioannis, & in vltimo gradu reperiretur alias grauatus; respectu tamen Ludouici, atq. suorum nullo modo grauatus dicetur. Quia non illi, sed patri solum reperiũtur substituti: Et hoc est manifestum. Quia quorum occasione voluit expresit, quorum noluit ommisit; & cum sit in potestate disponentis, non possent Ludouicus, & sui conquæri: quòd respectu aliorum grauauerit, & respectu ipsorum liberũ Michaelem dimis-
serit. Cùm ex extremis † onerosis 186
non inficientur libera media: vt in l. si postumus. §. 1. Tamen an in vltimo gradu præfatus Michael grauatus intelligatur: erit alia disputatio, cui satisfiet, cum 15. præsumptioni respõdebitur. Nunc autem quoad Ludouicum, & suos est sine dubio, non esse grauatum.

SEXTVM caput consideratur, quando in eodem, vel alio gradu reperitur quis vocatus, & alicuius contemplatione in conditione tantummodo positus: veluti si fratrem, illiusq. filios, & descendentes quis vocauerit, & si frater sine filiis, & descendentibus decesserit substituerit Ludouicum, iuxta notata in §. quidam rectè. Nam ommisso, an vulgariter, an per fideicõmissum filij, & descendentes vocati dicantur, quoad Ludouicũ nemo dubitabit, non esse filiis, & descendentibus, sed tantummodo fratri

 substi-

substitutum.Fratri namq.dicuntur filij, & descendentes substituti, si extent, eidem fratri Ludouicus, si filij & descendentes non superfuerint.Existētibus igitur filiis fratris, vel alio descendēte tempore mortis fratris in perpetuum dicetur exclussus Ludouicus:vt in nostro casu.Nam & fratri reperiuntur substituti filij,& descendentes, & successiuè,& per fideicommissum, si extent, Ludouicus solum in casu, quo aliqui non extent. Cùm igitur
187 extiteritMichael prædictus,† in perpetuum reperitur exclussus Ludouicus.Quæ deducuntur ex d.l.si mater §.1. cum ibi not. Et licet argumentatiuè forsan aliqui prætenderēt, aliter testatorem sensisse.Cùm tamen in fideicommissis illi solū dicantur substituti,atq. grauati, &
188 in casibus,quos testator solum † expressit:dicemus quoad casus supra relatos non induci fideicōmissum: ex Socino nepote cons.177. à n. 13. lib.2.Et ita cessant Auctoritates in contrarium supra relatæ.Quæ sunt iuxta regulas superiores intelligendæ.

189 NEC quoad † superiora attenditur,quod dici solet:quod sublato gradu præcedenti intrat immediatus. Cùm illud procedat, quando per viam caduci; (vt est supra dictum iuxta not.in l.quamdiu de acquiren.hære.) & non quando deficit conditio præcedentis:quia corruunt omnes sequentes ex supra relatis.Et quamuis testator volueri succedere Ludouicum, & suos in deffectum omnium fratrum: illud declarauit casu,quo tempore mortis illorum nullus eorum reliquerit filios,vel alium descendentem. Non tamen voluit, vt succederet prædictus Ludouicus filiis casu, quo superessent.Et hic est sensus illius iuxta verborū naturam,& proprietatem.Cui de iure,& magis iuxta foros erit standum.Et ita nihil facit septima consideratio.

OCTAVA consideratio non admittitur:† cum testator non mutauerit formā ratione caduci.Cùm alias tam de iure,quam ex testamēto circa hoc esset prospectum.Mutauit formā ex eo, quod diuersam intēdebat inducere dispositionem. Nam alias adiecisset illa verba, eorum filij & descendentes,sine quibus non inducitur in eo testamento fideicommissum.Sunt enim substantialia verba,vt vocati in conditione positi,grauati dicātur. Quod est ita necessario intelligēdū. Cùm sine illis Ludouicus, & sui non filiis,& descendentibus, sed tantum substituti reperiantur, vt est alias late probatū. Nō enim sufficit,quem esse vocatum,nec in cōditione positum,sed requiritur per verba dispositiua,& expressa esse grauatum. Quod cùm sciret testator, quando voluit grauare, expresse disposuit, per illa verba,eorū filij, & descendentes;quando noluit eadem omisit. Et ideo licet dicti filius, & descendentes reperiantur vocati: 190
non

non ideoquod positi in conditione dicentur grauati. Et licet alias admitteremus (citra præiuditium veritatis) vocatum in conditione positum dici grauatũ:in hoc testamento admitti non posset. Et est ratio manifesta. Quia per quatuor, vel quinq. gradus in superioribus fuit ea forma verborum vsus: vt fideicommissum inter illos vocatos induceret existimans eam formam esse necessariam, vel saltim quod voluit per eam fideicommissum inducere. Cùm igitur eam formam per quam induxit fideicommissum in superioribus, vel quia per illum voluit, vel quia vt necessariam adhibuit, in hoc sexto gradu ommisserit, est notorium, noluisse illud inducere, nec filiis prædictis imponere. Sola namq. verborum prædictorum ommissio concurrentibus tot gradibus ita distinctis, & separatis inducit aliud in isto, quam in illis testatorem voluisse. Quoad igitur hoc testamentũ, fideicommissum
191 † in illis solum casibus iudicatur inductũ, qui ex verbis à testatore: (vt supra) relatis concipi possunt: vt ex l. Gallus. §. 1. Quæ si reperiuntur ommissa, nihil inducitur. Cùm testator voluntatem mutasse præsumatur, nec credatur per obliuionem ommissum, vt est supra dictum. Et dato, nihilominus quoad nos habebitur pro ommisso. Nec facit prædictum Menoc. consilio. 530. cum loquatur: quando verba prædicta adiecta reperiuntur, vt in n. 24. & 32. cum aliis. In summa nos non quærimus: an per verba conditionalia Michael dicatur vocatus: quoniá iam alias reperitur substitutus. Sed quærimus: an per verba illa conditionalia videatur grauatus Ludouici, & suorum quoq. respectu. Et concludimus non esse grauatum. Quia illi solũ reperiuntur patri substituti in casu, quo decesserit sine filiis. Et cum verba restringantur tãtum ad mortem Francisci, non possumus (salua verborum proprietate, ac & testatoris voluntate) ex illis (vt supra) iudicare, Michaelem esse grauatum: ne inducamus fideicommissum, non solum in casu non expræsso, sed in specie seclusso. Quæ non indigent comprobatione: cum omnia sint manifesta ex supra relatis.

NONA coniectura est, quæ magis † stringere videbatur, sed res- 192
pondetur procedere: quando alias dispositio non reperiretur restricta ad tempus mortis fratrum: prout in casu isto. Cùm negari non possit hác restrictionem excludere substitutionem filiorum: ex Alexan. d. consi. 139. lib. 6. Ias. consi. 228. Cephal. cons. 17. In casu autem isto nó solum est restricta ad tempus mortis Francisci, sed per alia verba † re- 193
strictiua, dispositio ad illum solum relata: cum adiecerit testator. Et si dicti Ramirus, Franciscus, & Ioannes &c. decesserint: ex Meno. præs. 94. à n. 5. & viden. consi. 327. n. 15. Hæc sola ratio est quæ superat omnes præsumptiones. Et quamuis aliqui

aliqui admittant dictam rationem, & dicant procedere, quando non sunt aliquæ præsumptiones in contrarium. Tamen quoad nos dicimus de iure procedere, & multo maiori ratione de foro. Quia reuera respectu Ludouici, & suorũ non reperiũtur dicti fratrũ filij grauati. Deducũtur pręmissa ex Sim. de Prę. lib. 3. inter. 3. dub. 1. fol. 10. n. 21. & folu. 11. à n. 31. per tot. Et facit quoad hoc cõs. Old. 21. in quo huic difficultati satisfacit: cũ præsupponat substitutionem factam hęredibus, si sine filiis, & descendentibus decederent, de aliis, & eorum descendentibus masculis, &c. & concludit non obstãtibus quod descendentes sunt in conditione positi, & Ludouicus, & descendentes substituti, existente Michaele Ludouicũ, & suos exclusos. Viden. etiam Alexan. consi. 108. lib. 1. & 185. lib. 2. viden. Meno. lib. 4. præs. 69. & licet sub n. 11. videatur inducere ex superiori forma præsumptionem, cũ dicat (existimo considerãda esse verba substitutionis.) Tamen pro sua opinione nullum auctorem, nec rationem adducit. Imo præfata sua consideratio est contra Paris. & alios ab eo relatos, & contra illud quod alias significauit in consil. 85. cum aliis. Et vt plenius sit satisfactum, repetam primum: quod hic non quærimus: An per verba conditionalia, de quibus in dicto sexto gradu, filij, & descendentes fratrum sint vocati. Quia præsupponimus eos vocatos, atq. similiter respectiue grauatos, sed quærimus solum: an isti filij, & descendentes (ita vt supra) vocati, atq. aliorum respectu grauati per verba ista conditionalia dicãtur similiter grauati quoad Ludouicum, & suos. Et non obstante cõsideratione Meno. dicimus sine dubio, non esse grauatos. Quia verba non sunt apta: vt grauamen inducant. Imo repugnat: vt est manifestum. Nec attenditur d. consideratio Meno. Quia intelligitur, quando ad mortem descendentium verba cõditionalia testator retulisset. Et ita idem declarat in præsumpti. 68. n. 10. cum casum referat sub huiusmodi forma. Caiũ filium meũ, & eius descendẽtes instituto. Quibus sine filiis descendentibus substituo Mæuium fratrem meũ, eius filios, & filiorũ filios, & omnes descendentes, & c. In casu itaq. Meno. sunt illa verba (quibus sine filiis descendentibus) quæ & ad filiũ, & ad omnes alios referuntur. At in casu isto solum referuntur ad fratres, & eorum personas non egrediuntur: & ita sunt casus differentes.

ITEM omnes doctrinæ relatæ eo ferè † tendunt: an propter dictas formas dicantur positi in cõditione vocati, & per cõsequẽs potuerint grauari. Et seruata illa forma, cum reperiantur grauati: nimirũ si viderentur vocati. At in casu isto non querimus (vt est supra dictum) de vocatione. Quia iam vocati reperiuntur. Sed an ex prædicta forma dicantur grauati. Et dicimus 194

cimus non esse grauatos. Faciliùs enim inducitur, vel præsumitur tacita vocatio præcedēs propter grauamen expressum subsequens, quá grauamen tacitum propter vocationem præcedentem expressam. Et ideo sæpe de iure pręsumitur, ex verbis conditionalibus propter circunstantiam inductam vocationē:
195 non tamen ita grauamen, † nisi expressè fuerit impositum. Faciunt relata per Menoch. consi. 152. habito respectu ad primum & secundum dubium, & in consi. 326. in 4. & 5. casibus de quibus supra dum. 6. præsumptioni fuit satisfactum. Propter grauamen igitur subsecutum, & alias circunstantias dicemus positū in conditione censeri vocatum: quia constat de grauamine per verba dispositiua. Non idem dicemus quando constat de vocatione: vt per verba conditionalia inducatur grauamen, si aliàs de illo expressè
196 non constat: licet alias cócurrere † videátur aliæ præsumptiones, quia grauamen, & onus: vt in §. cum filiæ. Et ideo si ex solo grauamine subsecuto non præsumitur vocatio: multominus ex vocatione sola præsumetur grauamen, nisi expressè fuerit impositum.

E X duobus igitur concludi-
197 tur, † Ludouicum, & suos non esse Michaeli substitutos. Primo quia si superuixit Ramiro Franciscus: Michael prædictus non dicitur testatoris iudicio vocatus. Et cùm non dicatur vocatus, etiam si aliàs reperiretur expresse grauatus, non subsisteret tale grauamen contra Bar. in dicta l. Centurio de quo etiam latius supra. Et in hoc casu tantum possent attendi coniecturæ: An cum cóstet expresse de grauamine, & non de vocatione, propter coniecturas videatur vocatus. Et circa hunc casum sunt considerationes pro Barto. contra communem.

SECVNDO quia licet esset,
† & in eo casu Michael vocatus, 198
vel ex eo quia pater non superuixit Ramiro, vel aliàs. Quia tamen non reperitur respectu Ludouici, & suorum expressè grauatus: dicimus ex illis verbis conditionalibus non induci grauamen. Quia illa verba, licet posśint aliqualiter esse apta ad vocationem Michaelis: nullo tamen modo possunt adaptari ad illius grauamen. Quia illorum natura repugnat. Possunt enim inducere respectu positorum in conditione: vt vocati dicantur. Non tamen inducent: vt qui sub illis verbis contineri non possunt, substituti videantur. Præsertim quod si filij ponuntur ad exclusionem substitutorum; & ideo nimirum si exclusio substitutorum sit illorum inclusio. At quòd verba prædicta apposita solùm ad substitutorum exclusionem filios includerent, vt grauati dicantur, esset contra naturam.

FINALITER nulla con-

199 iectura † efficere potest : vt contra verborum prædictorum proprietatem Ludouicus, & sui filiis substituti, nec ipsi filij eisdem restituere grauati dicantur. Cùm verba substitutionis sint restricta ad mortem solùm dictorum fratrum, & non filiorũ: non obstante quod alias prædicti filij fratrũ in superioribus vocati actiuè, & passiuè reperiantur. Imò ex eo quod passiuè reperiuntur supra vocati: est præsumptio, quod in hoc gradu, noluit grauare, quia si voluisset (vt supra) grauasset. Quod tamẽ ommisit, quia voluit. Pro his omnibus etiam facit l. quæ conditio de conditio. & demonstratio. & l. 1. §. fin. de legat. 3. cum aliis supra relatis.

NEC prædictum inconueniens est in consideratione: quod repertis in sexto vel septimo gradu non est locus futurus, nisi & descendentes fratrum respectiue
200 dicantur grauati. Quia † responde tur, non esse inconueniens. Cùm descendentes Ludouici dicantur vocati, postquam in illius linea intrauerint bona prædicta (vt aliqualiter fuit supra dictum:) & descendentes Ludouici non dictis fratribus, sed ipsi Ludouico possint dici substituti: & ideo postquam Ludouicus successerit, vel eidem locus factus fuerit. Deducũtur hęc ex Simo. de Prætis interpretatio. 3. dubita. 1. solutio. 12. numero 12. & vltra supra relata videatur Menoch. consil. 376. nume. 22. Item & alias sufficit, quod testator ita disponere potuerit, atquè disposuit: ex l. prospexit qui & a quibus, & est considerandum: quod facilius potest præsumi inductum fideicommissum de Francisco in suos, (quia ab eo descendentes), & de eisdem in Ioannem, (quia nihil possidebat) quam de eisdem in Ludouicum, & suos, (quia & collaterales, & alia opulenta bona Ludouicus possidebat, vt fuit supra relatum). Propter quæ grauamen in aliis gradibus impositum non dicetur propter præfatum inconueniens in hoc sexto gradu repetitum: ex l. sub conditione de hæredibus. instit. & ex l. si quis hæres de acquiren. hæreditate. de quo & Menoch. dicto consil. 327. num. 39.

NEC decima præsumptio † ex 201
superioribus, & inferioribus in prę dicto gradu locum habet. Cùm procedat in dubio, & nos simus in claris: vt dicit Ias. in dicto consil. 66. in fi. Nam huius gradus verba non admittunt dubitationem: cùm Ludouicus, & sui non reperiantur substituti filiis, nec ipsi filij grauati prædictis. Imo verba (ita vt in prædicto contenta) repugnant ex multis iá supra relatis. Et prædicta reg. l. si seruus pluriũ §. fi. solũ procedit, quádo agitur † de alicuius verbi ambigui interpretatione: cũ diuersimodè, vel strictè, vel largè intelligi possit. Et ita l. fi. ad Trebe. & l. cũ certũ de vino tritico oleoq. legato, & l. 1. de reb. dub. cũ simil. At in casu isto

non

nõ tractamus de verbi ambigui declaratione, sed solum an dispositio in vno casu facta extendatur ad alium ex præsumpta voluntate contra verborum proprietatẽ. Et dicimus non extendi: cùm verba sint, ita vt supra, restricta, propter quæ apparet noluisse testatorem in hoc casu grauare: ita ex Abb. d. consilio 40. & Alex. d. consi. 139. à n. 5. & 6. volu. 6. Ias. dicto cons. 220. & 228. à vers. quinto & vltimo lib. 2. Pari. dicto consi. 44. à num. 29. & cons. 87. à nume. 49. lib. 2. Cephal. consilio 159. à nume. 13. & Manti. libr. 6. tit. 13. nume. 10. Cum verba igitur dicti gradus potius tendant ad exclusionem Ludouici, & suorũ, quàm ad eorum inclusionem: cõcludimus non esse apta, vt præfatam præsumptionem includát, nec similiter extensionem prætensam admittant. Cùm verborũ proprietas (vt supra) repugnet, & præsumptionem imò & expressam dispositionem contrariam inducant.

203 NEC consideratio † §. seia libertis in hoc casu procedit: cũ multa concurrere debeant, vt locũ habeat: ex Dec. consi. 377. & Ias. dicto consi. 142. per totum lib. 2. & Pari. consilio 89. à numero 25. lib. 2. De quibus omnibus magis in specie referemus infra.

QVOAD vndecimam conie-
204 ctura facilis † est illius resolutio: cum posit eidem multipliciter satisfieri. Primo dato quod illa verba, vel clausula diceretur defectiua, & eidem aliquid addi deberet, vel posit: nihil amplius adiici potest, quá quę immediate post illa in superioribus gradibus reperiuntur scripta. Et circa ista posset cadere (quando esset necessarium) consideratio illa de præcedẽtibus: iuxta l. si seruus plurium §. fin. ex Ripp. in rubri. ad Trebel. in prin. & Paris. d. cons. 86. à num. 56. In superioribus gradibus (post, in isto gradu adiecta) nulla alia reperiuntur, quam ista videlicet. *De legitimo matrimonio procreati.* Et ideo ad perfectionem huiusmodi clausulæ, casu quo imperfecta esset, nulla alia verba essent subintelligenda. In hac enim materia est regula, nihil esse supplẽdum, nisi quando euidenter apparet clausulam, vel dispositionẽ esse imperfectá. Et tũc in casu ita necessario, vt alias dispositio ad effectũ deduci nõ posit, & verè cõstaret
de testatoris mẽte, & cõgrue † alias 205
suppletio fieri posit: ex l. cũ pater §. cũ imperfecta. de lega. 2. De quo Rip. in d. rub. ad Trebe. Et iuxta huiusmodi terminos intelligitur l. vnũ ex familia §. 1. & fi. Cũ ibi deficeret verbũ substãtiale, & cõstabat euidẽter ex aliis verbis illud deficere, & ita testatorem voluisse. Atque ideo in casu isto, si aliquid esset sup-
plendũ, † essent verba prædicta: licet 206
sine illis clausula nihilominus suũ sensum perfectũ habeat: ex foro 4. de testa. Tanto magis quod v-
bi induceretur † fideicõmissum, nõ 270
ita admittitur talis suppletio. Super

 his

his videatür Meno.conſ.127.à nu. 38.& conſ 379.à n.19.

208 ITEM ſuperiora procedunt, † quádo aliqua neceſſaria verba non reperiūtur ſcripta,& viderētur per obiuioné ommiſſa. At quādo fuerūt ſcripta,& reperiūtur inducta, ſi ue deleta antequā alicui fuerit ius quæſitū:nihil ſuppleri debet. Præſu muntur autem de volūtate teſtato ris inducta,& antequam alicui ius quæſitum aliquo modo dicatur:ex Alex.cóſ.14.a n.12.verſ.4.lib.6.& cóſ.104.a n.8.verſ.ſed vbi teſtator vol.7.ex not.per Bar.in l.proximè, & per Bal.in l.1.de his quæ in teſtā. delen.Iaſ.poſt alios in l.ſi vnus a n. 7.C.de teſtam.Et tantū abeſt,quod ex inductione aliquid pro Ludouico, & ſuis præſumatur : quod imò
209 ex eocontraria † teſtatoris volūtas in ducatur,etiá ſi verba inducta fuerint illa, *& eorum filij, & deſcendētes.* Quia præſumūtur inducta per teſta toré,vel exilliusvolūtate.Cū enim induxerit,dicitur recedere a prima volūtate.Et quod fortius eſt etiá ſi inaduertēter, & inconſulte verba præfata fuerint inducta (cū iterum ſcribere eadé potuiſſet,ſi in eadem volūtate perſeueraſſet) quod cum repetere, vel ſcribere ommiſſerit: creditur ita eidé placuiſſe, & prioris ſcripturæ,vel volūtatis penituiſ ſe:ex Paul.& aliis in l.1.de his quæ in teſtamento delen.Et facit conſtitutio præfata Iuſtiniani 107. §. & ſi quidem forma.de extremis vo lunt. &c.

ET licet in matrice † aliqua ver 210
ba inducta,vel caſſa reperiatur: cū teſtamentum ſit ab actitante Nota rio in publicam formá redactum, omnis ſuſpitio,ac diſputatio ceſſat. In quo me remito ad Regni conſue tudinem,quæ eſt notoria circa præ miſſa. Et per hæc reſpondetur ad conſil.Paul.131.Maximè quod pro Notario ſemper eſt præſumen - dum.

NEC alias clauſula prædicta (vt reperitur † ſcripta) dici ſu - 211
perflua poteſt : cùm veniat ad declarationem immediate præceden tis. Fuerat enim in ſuperiori clau ſula ommiſſum , quod in omnibus aliis ſuperioribus gradibus fue rat adiectum.Quod eſt etiam ſignū manifeſtum, quod ſi voluiſſet illa verba,& eorū filios,& deſcédétes (ōmiſſa ſimiliter) vt cætera,retuliſſet,vel expreſiſſet.Verba itaq.ōmiſ ſa quæ voluit repetere fuerunt iſta, *O morir menores de edad y ſin hijos legi timos,&c.* Quæ verba (vt eſt ſupra dictum)ſuperflua dici non debent. Tū quia in omnibus aliis gradibus eadé adiecit.Tūquia ſuā diſpoſitio né habent qualificatā: vt ita demū Ludouici,& ſui ſubſtituti dicātur, ſi præfati decedāt ſine filiis,& in mi nori ætate. Vt enim aliqua clauſula ſuperflua non dicatur:præſumitur ad maiorem declarationé adiecta: ex Rolan.a Valle d.conſ.59.a n.29. lib.3.& Mar.Soci.nepo.conſ. 181.a n.23.lib.2.& conſ.69.a n.32.volu.
3.Et ſimiliter † ad maiorē mētis ex 212
preſ-

presionem patimur conculcationem verború: ex not. in l. lecta de reb. credit. & ex l. in quartam vers. pro ea vero parte l. falcid. nisi interrogatiuè intelligatur: ex Socin. etiam nepote cons. 144. nume. 25. volu. 3. Tanto etiam magis, quod
213 potius admittitur superfluitas,† & conculcatio verborum, quá vt fideicommissum inducatur. Cùm non mutet substantiam rerum non necessaria verborum multiplicatio: vt dixit Paul. cons. in l. Pediculis. §. labeo de aur. & arg. legat. Quoad præmissa etiam Rippa in l. Centurio à numero 170. & Meno. in cos. 179. à n. 19. Ad casum igitur de quo agimus, si aliquid esset addendum, solum est illud (& de legitimo matrimonio, &c.) Quæ verba nihil inducere possunt ad intentioné partis aduersæ. Quia si aliàs fideicommissum possent inducere, diceremus addi nó posse, vt est supradictum. Et quia circa istá clausulam se offerunt multa; erunt sigillatim consideranda.

ET primo est considerandú, †
214 quod illa clausula concipitur copulatiuè: vt in gradibus superioribus in quibus similiter testator adiecit. *Si conte∫cera morir menores de edad, y ∫in fillos, &c.* quæ verba inducunt aliam in omnibus conditionem, ita demum voluisse testatorem sequentes succedere, si præcedentes decederent, & in minori ætate, & etiam sine filiis. Quod si alterum deficeret (veluti quia decessit maior licet sine filiis) vocati sequentes nó videantur. Quod ex natura copulatiuæ sine alia comprobatione deducitur.

ET licet Paul.† de Castro in cós. 215
43. lib. 2. in hoc teneat cóiunctam resolui in disiunctam: cum secundum naturam à communiter contingentibus minor nó generet. Tamen cùm de iure Canonico pubertatem non consideremus, nec computemus à numero annorú, sed à generandi potentia: vt in c. pubes de sponsalibus. Dicemus non esse contra naturam, minores † anno- 216
rum generare: quod & experientia tam respectu agentis, quam patientis ostendit. Et ideo prædicta clausula (si decesserit in minori ætate, & sine liberis) erit, prout iacet, copulatiuè intelligenda. Quod & admittit de iure procedere Ias. in l. in pupillari de vulga. Tantò magis quod idem Paul. d. cons. firmat copulatiuam resolui in alternatiuam, esse contra clausulæ naturá, & proprietaté. Quæ alteratio in hoc Regno nó ita recipitur: cú stemus cartæ, maximè ad fideicommissum inducédum. Et tantú abest, quod copulatiua in hac materia resoluatur in disiunctá: quod imò † in odium 217
fideicommissi, & in fauorem filiorum disiuncta conuertitur in coniunctam. Et (omissa iuris dispositione, de qua in l. generaliter. C. de instit. & l. fin. C. de verború signifi catione (quoad nos est forus quartus de testá. in quo & similiter probatur, minorem posse generare:

vt relata verba in eo possint verificari. Ludouicus igitur,& sui non sunt vocati,nisi duobus concurrẽtibus: videlicet quod decessesint fratres præfati minores, & sine liberis. Franciscus decessit maior, & filio relicto:& quamuis Michaeli reperirentur substituti; prædictus etiã Michael decessit maior ætate.

218 ET si gradus superiores † repetantur: in omnibus eadem forma reperitur expressa. Quod est signũ, testatorem voluisse in omnibus ita seruari: cùm similis repetitio vniformiter in omnibus reperiatur. Ex quo nec Ioannes, si superuixisset Michaeli in suo gradu fuisset admissus: cùm maior ille decesserit, licet sine masculis. Et ideo quo ad hanc prætẽsionem est longa differentia inter d. D. Garsiam, & d. D. Christophorum. Cùm D. Garsiã iuuet & clausulæ natura, verborũ proprietas, & repetitio vniformiter continuata,& ad inducendum fideicommissum repugnet clausulæ naturæ, & verborũ eadem proprietas,& omissio verborum fideicommissum inducentium, de quibus supra sæpè. Cùm filij Francisci in gradu solum reperiantur in conditione positi; & nõ grauati, & Ludouicus solum patri, & non filio substitutus. Ex quibus similiter fit manifesta disponentis voluntas, quæ fuerit in hoc sexto gradu, de quo nos agimus. Benè potuit esse alia mens testatoris: sed ex verbis ista deducitur, cui & de iure communi,& multo magis de foro erit standum: ex Lud. Rom. in consilio 126.num.1.

QVO ad hanc igitur † præsumptionem,(tum quia verba veniunt declaratiue. Tum quia relata ad dictos tres fratres. Tum quia non sequitur impossibile cõtra naturam, nec bonos mores. Tum quia sunt perfecta,& si aliquid veniat supplẽdum, essent verba, de legitimo matrimonio. Tum quia si aliquid reperiretur inductum, siue deletum, iudicatur de disponentis ordine,& voluntate. Tum quia instrumentũ redactum in publicam formam per actitantem Notarium, & extractum) dicemus non solum induci præsumptionem pro Ludouico, quod imo constat de manifesta voluntate contraria. Atque similiter dicimus, non esse frustra repetitam eam qualitatem de minori ætate: ex Dec. consilio 414. & Paris. in consi.1.à numero 43. volumine 3. Soci. nepote consilio 75. numero 19.volum.3. 219

NEC admittitur quod † clausula prædicta referatur ad filios fratrum,& non ad ipsos fratres: cum ratio constructionis, & continuationis repugnet. Necessariò enim est ad fratres referenda: cùm & tunc constituti in minori ætate. 220

ET dato quod contra † præcepta grammaticæ ad filios fratrum 221

clausula prædicta esset referenda: non ideo Ludouicus, & sui vocati dicuntur. Tum quia Michael decessit maior atq. filiabus quoque relictis, quæ & exclusserunt Ludouicum. Cùm in huiusmodi gradu filiorum d. fratrum (casu quo de illis clausula illa loquatur) nullũ verbum de masculis. Quam qualitatẽ cùm inter eos omisserit, licet aliàs sæpè eam adiecerit: dicemus non esse repetitam. Et sunt infiniti, qui hanc sequuntur opinionem, inter quos videatur Abb. d. cõs. 40. vol. 1. Alex. cons. 139. num. 7. volum. 6. Ias. in specie consilio 142. numero 3. versiculo 5. & numero 5. vers. 8. & in fine versiculo non obstat dum. & consilio 145. & 228. libr. 2. in terminis etiam Paris. cons. 44. sub numero 17. vbi ponit pro regu
222 la, hanc qualitatem † solum attendendam in casibus expressis, & nõ in omissis, & idem in consil. 86. & 87. & 89. lib. 2. Socin. nep. consilio 158. numero 40. libr. 2. & consilio 13. per totum præsertim à numero 25. & 30. & 32. & consilio 71. à numero 14. & consilio 78. numero 22. libr. 3. & Deci. alios referens in consilio 87. & 89. & sunt infiniti qui hanc sequuntur sententiam, de quibus etiam per Menoch. variis in locis.

ET finaliter quoad huiusmodi gradum pro illius resolutione duo considerantur. Primum personæ illorum, quibus fuit facta substitutio. Secundum personæ illorũ, qui fuerunt substituti. Quoad primum testator solum substituit tribus illis fratribus per dictiones restrictionẽ importantes (veluti si dicti) & sub nominibus propriis (dicti Ramirus, Franciscus, Ioannes, & decederent sine filiis, & descendentibus, & in dicto casu, &c.) Quæ omnia restringunt dispositionem, seu substitutionem ad personas fratrũ casu, quo decederent sine filiis, & descendentibus, & nihil amplius filiorum respectu disposuit, nec eisdẽ substituit. Propter quod non debemus considerare fuisse grauatos: cum nec grauamina † sint multi- 223
plicanda, nec de vna persona ad aliam extendenda: ex Alex. d. consil. 139. à nu. 5. Deniq. nulla sunt verba in prædicto gradu, nec præceptiua, nec rogatiua, nec enunciatiua, nec alia ex quibus fideicõmissum concipi posit.

QVOAD secundum. Si consideramus † personas substitutas, te- 224
stator nõ se restringit, sed vlterius processit de Ludouico in suos filios, & descendentes, quousq. ex illis reperirentur. Propter quod inferiora referuntur ad dictos substitutos, & non ad eos, quibus fuerũt substituti: ex Ias. d. cons. 220. versiculo quinto in fauorem, & expressius in cons. 228. vers. quinto, & vltimo libro 2. & Simon de Prætis in terpret. 3. dubio 2. solut. 2. numero 13. Ex superioribus itaque constat, per superexistentiam Michaelis exclusum Ludouicum, & suos. Nec admittitur, quod in duobus casibus

casibus fuerint Ludouicus, & sui substituti, si & fratres, & similiter si lij decederent sine filiis. Quia huic cōsiderationi repugnat, & natura, & proprietas verborum, atq. clausula conditionalis. Pro quo & Menoch.consi.152.num.58. Negamus igitur, onus iniunctum filiis: cum non fuerint addita verba, & eorũ filij, & descēdentes: vt ibidem sub num. 56. & fuit supra satisfactum cũm consilio Pauli de Castr. 263. fuit responsum, ad quæ me remitto.

NEC ex persona Ioannis, vel in eius defectum aliquid possunt prætendere Ludouicus, & sui: cùm nec per viam transmissionis, nec aliàs. Cum nec respectu vulgaris, nec pupillaris, nec breuiloquę, nec compendiosæ, nec fideicommissa-
225 riæ etiam in filios † ius substitutionis conditionalis trāsmittatur: per l. sed etsi plures, & per l. qui liberis. §. hæc verba de vulgar. l. si ex pluribus de suis, & legit. hæred. glo. vbi communis in l. vnica de his qui ante apert. tabul. Bal. cōs. 267. & 340 vol. 5. Et quoad hæc, & alia Alex. cons. 49. num. 5. & 13. & consi. 158. num. 7. & cons. 198. in prin. vol. 6. Ias. consi. 142. & cons. 203. lib. 2. & cons. 104. volumine 4. Paris. cons. 83. à nu. 3. lib. 2. Soc. nep. consi. 78. num. 10. volum. 3. Et propriè hæc non pertinēt ad casum istum: cum nec hic agamus de caduco: vt est supra dictum.

NEC attenditur duodecima de primogeniti dilectione. Cùm ex tenore testamenti constat, hunc testatorem prædilexisse minores: cùm primùm illos quā d. Ludouicũ honorauerit. Ex ordine † namque vo 226
cationis præsumitur, & probatur prædilectio, & præcedentia: ex l. quotiens de vsufruct. & quem. quis vt. l. cum ita legatur. §. in fideicommisso de legat. 2. l. qui soluendo de hæred. instit. l. generaliter. §. quis ergo de fideicommiss. liber. ex Alex. consi. 49. numero 10. volumine 6. Nec alias sequitur, † quod ex eo 227
quod proximior, ideo videatur prędilectus. Nec sequitur, quod si grauauit proximiorem, & prædilectũ; uoluerit quis grauare minus dilectum. Cùm hæc omnia dependeāt à mæro disponentis arbitrio: vt in specie voluit Soc. nep. in cōs. 144. num. 30. volumin. 3. videatur Dec. cons. 465. numero 15. atque etiam Meno. consi. 85. & cons. 326. à n. 55. & consi. 434. à nume. 38. in quibus sigillatim omnibus satisfacit. Et causa (de qua supra) quæ mouit testatorem † ad præferendum mino
res primogenito, compulit eũdem 228
ad diuersimodè substituẽdum. Ex diuersitatis ratione diuersa voluntas consideratur: ex Socin. nepote cons. 158. num. 47. libr. 2. videatur idem Menoch. lib. 4. præs. 69. sub nu. 22. vbi refert aliquas rationes pro hac resolutione. Quæ nec aliquam patitur dubitationem: cum noluerit testator tollere filiis fratrum successionē ab intestato, nec liberam disponendi voluntatem.

NEC

229 NEC decimūtertiū est in consideratione. Cùm † ex superiori eidem satisfactum videatur. Cùm & constet diuersimodè in his, quàm in illis testatorem disposuisse: vt in specie resoluit Iass. in consi. 18. versiculo non obstat vltimum volu. 1. videatur etiam Menoch. locis supra citatis. Tanto magis, quod
230 sumus † inter collaterales, & non inter descendētes: inter quos est longa differentia circa præmissa. Cùm inter hos, de quibus nos, non ita cadat ordo affectionis, & charitatis. De quo Paul. recedens ab eo, quod antea consuluerat cons. 263. nu. 2. & cons. 409. lib. 2. Dec. consi. 270. à nu. 5. & cōsi. 370. à nume. 3. Parif. cons. 44. nu. 38. & consi. 89. nu. 39. lib. 2. Et per multa has pręsumptiones tollit Alex. cōsi. 158. à num. 15. volumine 6. de quibus & Soci. nepos consilio 158. & 168. à numero 40. & consilio 174. à numero 22. lib. 2. & consilio 30. à numero 18. & consilio 100. à numero 49. & consilio 144. à numero 3. volumine 3. & Menoch. vbi supra. Et ideo non erit contra fidem asserere inter istos non esse attendendā inæqualitatem vt dixit Alexand. in d. consilio 158. in fin. Quantò magis, quod in casu, de quo nos, non sumus in dubio: cum aliter circa Ludouicum, quam alios fratres reperiatur expresse dispositum.

NEC decimūquartum ad effectūm, de quo agitur, potest admit-
231 ti. † Cū nihil de testatoris familia, sed de alienis, & descendentibus à fœminis semper agatur & in quibus non ita superior consideratio recipitur: ex Alex. cons. 22. lib. 3. & cons. 13. nu. 2. vol. 4. Paul. d. consil. 409. lib. 2. & cons. 410. à nu. 5. vol. 1. Tāto magis, quod D. Christophorus ex Elisabetha sorore & D. Garsia ex Beatricæ eiusdem Elisabethis filios: & vt dictus Christophorus ex Elisabetha per Ludouicum, ita & D. Garsia ex eadem per Beatricē descendunt. Et inter hos † à 232
fœminis descendentes non habetur tanta consideratio, quanta inter agnatos: ex Saliceto in l. fratres nu. 4. C. de inofficios. test. videatur Soci. nep. cons. 168. à nu. 94. & 95. libr. 2. & consilio 4. a numero 20. vol. 3. Sim. de Præt. lib. 3. interpret. 3. dub. 1. solu. 11. numero 13. videatur Menoch. consilio 171. a numero 13. vbi plene satisfacit. Tāto magis quod ad effectum, de quo agitur, nec nurus dicitur extra familiam: ex præfata constitutione 159. circa finem. Quantò minus a sorore descendens ad effectum, de quo nos.

NEC 15. coniectura siue ratio, † 233
quæ aliquos magis mouere poterat ad effectū, de quo agitur, quicquam inducit. Licet enim illa clausula, *& si omnes supradicti.* ad omnes superiores gradus referri videatur. Tamen in casu, de quo nos, perdit officium: ex multis, quæ traduntur per Iason. & alios in l. 1. C. de libe. pręt. & ex hæredatis. De quibus etiā per cōmunes in l. si idem cum

eodem

eodem de iurisd.om. iud. & in l.ta lis scriptura de legat.1.Et primo in
234 telligitur † generalitas prædicta: quádo casus substitutionis,de qua loquitur,euenisset:scilicet quando Catherina nupsisset, & filios procreasset:quando Franciscus nõ superuixesset Ramiro: & quando dictus Frácisc⁹ decessisset in minori ętate,& sine filiis.Ita in specie Decius cõs.288.à n.11.vers.nõ obstat quod vocauit etiam omnes & con si.292.sub nu.5.per totũ, & videatur etiam Menoch.qui ita declarat d.cons.326. à numero 41. & à numero 77.vsq.ad 80.

PRAETEREA clausula prædicta nõ refertur, †ad gradum di-
235 stinctum,& separatum,atque ex se completum,qui certam, & specialem ab aliis diuersam formã,& legẽ habet:ex l.doli clausula de verborũ obliga.ex l.sanctio legum de pen,ex l.cũm vulgari de dot. prælegat.& vltra cõmunes locis supra citatis videatur Paul.Castr.consil. 275.à n.8.vol. 1. & in specie Alex. cons.22.à nu.6.vol.3.& cons. 17.a nu.5.vol.7.& Iass. cons.15.volu. 1. Licet in cõtrariũ deducatur idem consil.18.per totũ, & præsertim in vers.5.in quo decidit etiam casum, & in cons.38.& cõs. 51.à num.2.& cons.132.vol.1.&cons.142.a prin. nu.5.vsq.ad fi.probatur in vers.nõ obstat secundũ, & similiter in cõs. 143.a nu.6.in fin.& in consil. 173. versiculo quarto moueor, & versi. fi.lib.2.in quibus quoad hæc & alia recedit ab his, quæ reperiuntur scripta in cõs.140.& 141.eod.libr. 2. Decius. licet sub quadam dist. cons.379.a nu.11. licet magis ad rẽ Ias.d. consil.142. Paris.cons. 44.à nu.75.& cons.90.a nu.35.lib.2.Soci.nep.cons.100.a nu.18.& 55. vol. 3.Cephal.late d.cons. 17.& sunt infinita per superiores relata. Cum igitur gradus hic sextus certam, & specificam habeat formam ab om
nibus aliis separatam,† & specia- 236
lem quoque rationem.Clausula generalis hũc nõ comprehendit : cũ termini non sint pares, vt ad omnes pariformiter referatur: ex l. iá hoc iure.cum ibi notat.maximè inter extraneos, siue collateralles:ex Soc.nep.cons.110.a num. 21.in fi. quoad omnia superiora Ias.in d.l. 4.C.de liber.præt. & Sim. de Præt. lib.2.interpret.3,dub.1.fol.3.num. 181. & 189. & 194. & 198. & Menoch.lib.4.præs.131. à nu.6.

SVPERIORA similiter† fir 237
mat diuersitatis ratio , de qua supra. Quæ fuit in causa: vt diuersimodè in illo, quam in aliis gradibus disponeretur.Quæ diuersitatis ratio facit,nę clausula generalis ad d.6.gradũ referatur:ex Dec.consi. 213.a nu.5.& cons.300.a nu. 10. & Socin.nep.cons.158.a num.49.lib.
2. Et quamuis prædicta † verba vi 238
deantur ampliatiua omniũ præcedentium:referũtur tamen solũ ad ea sola,quæ sunt similia, & non ad diuersa:ex Oldrado cons.277.a numer. 5.per l.fi.de vin.trit.oleoque legat , Socino nepote consilio 69. num.

num.31.& consi.100.à numero 37. & 55.& consi.144.à num.13.volu. 3. In proposito contra dictionem (omnes) firmauit etiā Paul.Castr. consi.111.à nu.2.& cons. 123. à nu. 2.& cons. 460. per totum volu. 1. per l.1.§.deinde adiecit de posth.& per l.si per prætoré.§.deinde quib. ex caus.maior. Quæ optimè adaptantur ad casum istum.

239 SED magis in specie, † & in fortioribus terminis tollit omnem difficultatem Papinianus Consultus in l.cohæredi.§. qui patrem & filiū de vulgari. In quo factis duob' substitutionū gradibus clausula illa,(& eos omnes) in fine posita,& ista, de qua nos, non comprehēdit gradum primum, seu superiorem, sed tantū immediatum. Et dat rationem propter specialem inter patrem,& filium substitutioné. Cùm igitur in gradu, de quo nos, quoad Ludouicum,& suos, respectu filiorum fratrū specialis sit forma serua ta,& ab aliis distincta, & separata, & in gradu per se,& sub nouo modo constituto clausula prædicta(licet generalis) non referretur ad d. gradum, sed ad immediatum. Erit itaq. sensus: si omnes supradicti(Ludouicus scilicet, illiusq. filij, & descendentes) casu quo successerint, & eo quo succedere potuerunt(decedentibus scilicet fratribus sine filiis,&c.) defferint sine filiis, succedat tunc,& eo casu proximior vltimo ex Ludouico descendēti,& decedenti. Faciunt notata per Canonistas in c. dilecti de donat. Oldr. cons.8.per totum Decius cōs. 92. in prin.& Soci.nep.142.à num.23. & consi.143.& cons. 144.à nu. 32. vol.3. sed vbi est authoritas Papiniani, non est cur ad alios recurramus.

IVVANTVR præmissa † ex eo, quod similes clausulę, vel dictiones repetitæ inducentes onus, siue fideicommissum non alterant qualitates in aliis gradibus libertatem inducentes: vt docuit Paul. Castr. in cons.275.à num.8.vol.1.de quo Barto.in l.in repetendis(vbi locus ordinarius) de legat. 1. Cephal. d. cons.17.per totum & cōs.169.à nume.40.videatur Dec.consil. 422. à num.2.& Socin.nep.consil. 69.à num.31.vol.3. 240

NEC allegetur, quod Michael Francisci filius reperitur iam aliàs vocatus: & propterea nimirum si per huiusmodi clausulam generalem saltim respectu huius gradus dicatur grauatus. Sed respondetur quod quorum ratione voluit dictū Michaelé grauare, testator grauauit, quorum noluit, liberum dimissit. Et cum de persona ad personā grauamen non porrigatur: non potest admitti, nec respectu Ludouici,& suorū. Hoc est ex superioribus manifestū. Atq. similiter † respectu proximioris: cū ex præcedētib',& subsequētib' gradibus onerosis nō inferatur ad media(vt est sup. probatū:) ex Paris.d.cōs.44. & 86. & aliis sup. relatis. Et testator cū hæc 241

omnia ab illius arbitrio depen-
242 deant,† potuit, prout fecit, aliquorum respectu vnum grauare, & aliorum liberum eundem dimittere: de quo Cephal.d.consilio 17.à num.30. Nec potest admitti, quod testator voluerit, D.Michaelē Ludouici, & suorū respectu liberum dimittere (prout dimisit:) & quod respectu illius vltimi de familia, (de quo nullam notitiam habuit) grauare voluerit. Prædicta igitur
243 clausula solum† refertur ad ea, quę cōmode potest iuxta materiæ naturam, & qualitatem: ex l.hæredibus §.fin.ad Trebell.ex Castr.consilio 374.nu.4.volum.1.& magis in specie Soc.nep.d.cōsilio 13.per totum.
244 Et in summa †est considerandum, quod non versamur inter descendētes, sed inter collaterales. Quod & considerauit Soc.nep.d.consilio 100.num.25.vol.3. Propter quæ dictio (omnes supradictos) non comprehendit gradum, de quo nos, nec refertur ad clausulam illam conditionalem: ex eod.Soci.cons. 115.in prin.volu.3.viden.Menoch.lib.4. præs.76.nu.89. Et quomodocumque sit hæc vltima substitutio intelligitur casu quo superiores fuerint verificatæ. Quæ cum defecerint: hæc non attenditur: ex eodem Menoch.d.cons.326.num.80. Propter quæ, & alia nec d. D. Christophorus poterit admitti, vt Ludouici successor, nec vt proximior (tamquam in d.vltimo gradu vocatus) cum clausula prædicta. *Et si omnes prædicti*, referatur solum ad Ludouicū, & suos postquā illis loc⁹ factus fuerit: vt est supradictum. Et item quod existentibus de gradu Ludouici non est locus proximiori: cum iste proximior in defectū illorum vocetur. Atq.ita d. D.Christophorus nō admittetur, vt successor Ludouici, (quia superstite Michaele non reperitur substitutus,) nec vt proximior. Tum quia restant successores Ludouici, & nō potest proximior intrare, nisi postquā locus factus fuerit Ludouico, & suis: tum quia proximiorem intellexit testator alium à nominatis, & substitutis, & non de contētis in gradibus specificatis. Et Tandem reperiri Michaelem in gradibus superioribus vocatum, atque grauatum, & in d.sexto gradu solum in conditione positum facit: vt licet hæc clausula ad omnes gradus superiores referatur, non cōprehendit D.Michaelem ita in d.gradu sexto in cōditione positum, ex eo solo quia in conditione positus, & supra vocatus, atque grauatus: ita Menoch.d. præs. 76. numero 89. ex Paris.d. consilio 44. & 86. numero 40. & & aliis supra relatis. Et hæc est quę tollit omnem difficultatem.

A D.16. est in superiori satisfactum negando, d.clausulam referri ad prædictū, & alios gradus superiores: cum solum referatur ad vocationem Ludouici, atque suorum. Vnde proximior, non dicitur substitutus filiis fratrum, sed solum descendentibus Ludouici; 245

propter

propter quod non dicitur Michael grauatus proximiori. Et dato (citra veri præiuditium) quod ad illam clausulam, & gradum sextum similiter referatur: referetur ad fratres, & non ad eorum filios. Quia est intelligenda relatio iuxta eiusdē gradus naturam, & qualitatem. Quia noluit prædictos filios Ramiri, Frãcisci, & Ioãnis amplius testator grauare, sed solum eorundem parentes casu quo decederent sine filiis, & descendentibus. Et quamuis ad dictos filios referatur (sine præiudicio veritatis) hoc grauamen, nõ ita eos comprehendere posset. Cũ solum respectu sequentium reperiantur in conditione. Nec proderit vocatio præcedens: cùm iam illa in filiis Francisci suum habue-
246 rit grauamē † impositũ, quod ad alios non est protrahendũ, nec multiplicandum: ex Paris. dd. cons. 44. à n. 29. & 86. à n. 39. videatur Ias. d. consi. 33. vol. 1. & consi. 228. libr. 2. & Cepha. cõs. 17. à n. 28. & consi. 107. à n. 12. qui alios referunt, & decidit causam Menochi. lib. 4. præs. 76. n. 89. Et doctrina Bar. in d. l. Céturio (vt est late supra dictum) communiter reprobatur. Atq. deniquè hic gradus intelligitur euenientibus casibus à testatore ordinatis, & iuxta qualitates relatas (vt est supra dictum) ex Meno. d. consi. 326. à n. 75. vsq. ad 80. vbi omnino videndus pro horum omnium resolutione: & ideo postquam fuerit locus factus Ludouico, & suis filiis,
247 & descendentibus, maximè † quod onera non repetuntur. Et videatur idem Meno. cõsi. 327. & 328. in quibus omnibus satisfacit.

NEC consideratio de §. Seia libertis, de qua † n. 17. recipitur in ca 248
su, de quo nos. Cùm easdem, de quibus supra, recipiat declarationes. De quarum aliquibus per Ias. consi. 33. & consi. 41. volu. 1. & consi. 143. versi. non obstat secundum Paris. cons. 44. à n. 39. lib. 2. & consi. 39. à n. 3. vol. 3. Sed vt plenius sit satisfactum quatuor desiderātur: vt illius §. dispositio procedat. Primum vt substitutio sit facta vltimo descendenti. Secundum quòd in tota hæreditate. Tertium quòd substitutio sit facta honoratis. Quartum quòd sit facta inter testatoris descendentes: ex Mar. Socin. nepote consilio. 96. à n. 2. & consi. 151. à n. 4. lib. 2. & consi. 110. à n. 28. & 35. & consi. 115. à n. 5. & consi. 145. à n. 10. vol. 3. De tribus meminit Meno. consi. 327. à n 27. & consi. 328. à n. 48. & consil. 376. à n. 24. in quibus etiam quoad multa alia videndus. Et de differétia inter descendentes, & collaterales, de quibus nos, circa præmissa, & alia idem Meno. consi. 376. a nu. 41. & Puteus d. decis. 215. vol. 3. Et in casu isto non reperitur substitutio facta honoratis, nec de descendentibus, imò neq. de collateralibus: cùm d. casu filiis fratrum nullus fuerit substitutus.

CIRCA decimam octauam, iam etiam plene est supra satisfactũ

ex Iustiniani cóstitutione 159. quæ sola videtur decidere hanc caulam.
249 sam. Est enim lóga differentia † circa cótemplandam agnationem testatoris, an aliorum extraneorum, de quibus nos. Cùm testator primum instituerit sororem, & deinde ab ea, & ab aliis sororibus descendentes: de quibus ad perpetuitatem, & inductionem fideicommissi non habetur tanta considera-tio: vt firmant consulentes relati etiam per Cephal. d. consi. 17. à num. 28. in quo etiam respondet dictioni (in perpetuũ). Et Soci. nepotem consi. 68. à num. 94. & 95. lib. 2. & consi. 4. à num. 20. & consi. 13. per totum, & consilio. 116. à numero 10, & consi. 155. a nu. 10. vbi in specie videndus lib. 3. Et quid operetur qualitas masculinitatis, iam est supra dictum.
250 Quæ, nec agnationis, † nec aliæ possunt, inducere, testatorem disposuisse, quod non disposuit: vt dicit Menoch. consi. 475. a num. 13. super his viden. etiam Puteus decis. 374. vol. 3. in qua reiecit opinionem Soci. nepotis. consi. 53. num. 2.
251 Et quoad † vltimi vocationem, etiá si in finem seculi, vel per secula cuncta fuerit adiectum, videatur Menoch. in d. consil. 326. & 327. & 328. cum aliis ab eo relatis. & videatur Soci. nep. in propria nostra specie in consi. 155. a nume. 10. lib. 2. in quo proponit ridiculam etiam prædictam consideratio-nem.

252 DE clausula codicillari, † de qua sub num. 19. non oportet disputare: cùm nihil amplius inducat, quá respectu solemnitatis ommissæ. Operatur enim circa dispositionem imperfectam ratione alicuius solemnitatis, non tamen circa commutationem, vel extensionem voluntatis: cùm non commutet, vel peruertat, nisi quatenus in codicillis reperitur expressum, & a prima voluntate recessũ: ex l. cohęredi. §. cũ filia de vulgari, & ex l. ex ea scriptura de testaméńtis ex Bar. in l. 1. n. 8. de codicillis. ex Oldrado consil. 171. num. 18. Dec. cons. 205. & 248. num. 7. vbi viden. & in consil. 288. a num. 4. & cons. 292. a nume. 3. & cons. 394. nume. 9. & 431. a nume 10. 5. ex Soci. nepote cons. 186. lib. 2. & cons. 100. a num. 35. vol. 3. Et tádem vbi deficit volútas (vt in hoc gradu sexto) clausula codicillaris nihil operatur ex Menoch. consil. 326. num. 40. idem lib. 4. præs. 76. num. 82. Sim. de Præt. lib. 3. interp. 3. dub. 1. sol. 7 per totam. Et sunt infinitæ decisiones circa hæc: sed quia non est in hoc difficultas non oportet immorari.

NEC consideratio de maioratu (quoad casum de quo nos) aliquid operatur: cùm re vera hic agatur † de fideicommisso, pro vt fidei 253
commissum multùm differt a maioratu. Et ommisso quod in maioratu potest quis apponere conditiones sibi beneuisas. Conditiones tamen, de quibus in hoc testamento, non pertinent ad maioratum: cum

254 in eo † habetur ratio peculiaris lineæ, gradus, sexus, & ætatis. Quorũ omnium in hoc testamento ratio non habetur: vt ex ordine vocationis constat, & apparet. Pro quibus videatur Molina de Primoge. lib. 1. cap. 4. & 5. & lib. 3. c. 4. a num. 75. & Paul. de Castr. d. cons. 164. num. 5. libr. 2. & alij de primogenitura loquentes. Sed omnibus ommissis prædicta consideratio non impedit propositum de quo nos, cùm intelligatur inductum in casibus, in quibus testator illud expressit. Et ommissa prima consideratione de Catharina, & secunda de Francisco superuiuente ipsi Ramiro, noluit maioratum inducere habito respectu de filiis Frácisci ad Ludouicũ, & suos, sed inter Ludouicũ, & suos casu, quo bona prædicta ad Ludouicum deuenirent. Primogenitura igitur, de qua in dicto testamento, non arguit fideicommissum de filiis Frácisci in ipsum Ludouicum, & suos, propter rationes supra dictas. Et (vt vno verbo sit satisfactũ)
255 † intelligitur, aduenientibus conditionibus appositis in ipsa substitutione, non illis deficientibus: ita in specie Meno. in cons. 326. a nu. 71. vbi respondet in contrarium adductis.

NEC vigesimũ primũ recipi-
256 tur: cùm contrarium † ex eodem testamento deducatur in dicto sexto gradu, in quo filios fratrum liberos testator dimisit. Nec addita in vltimo gradu ad contenta in eo referuntur. Quod si referantur intelligitur relatio ad omnes gradus, cũ eisdem conditionibus, & qualitatibus: & ideo singula (pro vt qualitas requirit) singulis referenda: videatur Dec. consi. 384. versi. vltimo. & inter alios Meno. d. consi. 326. nu. 75. vbi viden. & dicta præsumptio. 76. num. 89.

TANTO magis si tota testamenti dispositio † consideratur, ex 257
ea deducitur, testatorem nõ aliter, & nihil amplius voluisse, quam in eodem expressa reperiuntur, iuxta verborum proprietatem, atq. naturam per clausulam in fine adiectã. Cùm voluerit, & expresse disposuerit: vt per eum disposita, & ordinata valeant, prout de foro, vsu, & cõsuetudine huius Regni valere possunt, & debent. Quæ cum restrinxerit ad forum huius Regni (& de foro dispositiones sint ad literam intelligendæ, nec de vno casu, & nec de vna persona ad aliam extendendæ) faciunt decisiones supra relatæ: scilicet quod nec Contesina reperitur grauata (cum filios Catherina non habuerit, licet sine illis decesserit,) & quod Franciscus non fuit grauatus,) cùm Ramiro superuixerit, & decesserit Michaele relictis) nec dictus Michael, (cùm Ludouicus, & sui non reperiantur eidem substituti, nec aliis nisi decessent minores, & sine liberis, vt ex litera constat.) Testator igitur disposuit iuxta leges Regni, non solum tacite, sed expresse, referens suam or-

ordinationem ad earundem dispositionem. Et cùm iuxta eas non admittamus extensiones, nec recedamus à verborum proprietate: cessant omnia pro parte D. Christophori supra deducta: ex Menochio d. præs. 76. num. 91. cum aliis supra relatis.

NEC 22. de fideicómisso reali,† & qualitate bonorũ, attenditur 258
Nã dato quod esset reale (prout interpretes considerant,) non effugit conditiones eidẽ impositas, nec dicta verba, (castra prædicta sint, & perueniant, &c.) debuerunt ad sequentes pertinere. Cũ Catherina filios nõ habuerit, & Frãciscus superuixit Ramiro, nec decesserint maiores ætate. Et in casu, de quo nos, quoad Ludouicũ; cũ verba (& eorum filij & descendentes) fuerint omissa, quæ vt necessaria circa præ tẽsum fideicõmissum reale, prout reale consideratur, cõsiderauit adiicienda Sim. de Præt. libr. 3. interpret. 3. dub. 1. fol. 10. nu. 25. vers. videtur etiam grauamẽ, &c. & declarat Menoch. in cons. 85. n. 27. Cùm in hoc testamento non sit onus successiuũ, nec gradatim impositum, nisi in casibus expressis, & cùm cõditionibus specificatis. Item & bona non remanent extra collaterales: cum possideantur à descẽdentibus eiusdem Elisabethæ, licet nõ per lineam masculinã. Et vt est supradictũ, inter collaterales non habetur tãta consideratio, quanta inter descendentes. Et huic considerationi respondet Menoch. consilio 475. nu. 11.

AD 23. quatenus de confessione,
† vel approbatione loquitur: nec 259
ad effectum de quo agitur aliquid importat. Cũ confessio contra veritatẽ, & testamenti tenorẽ, & ita erronea nihil inducat, nec possit successorib[us] præiudicare. Late idẽ Soc. nep. d. cons. 180. n. 82. & in eo etiã cõs. viden. quoad alia de quib[us] supra. Et licet dici soleat trãsactionẽ † fideicõmisso præiudicare in l. 260
Lutius. §. fi. ad Trebell. intelligitur respectu trãsigentiũ, & non aliorũ. De quo me remito ad not. in d. §. fi. & in l. cum solus de vsucapion. & l. 1. C. de errore cal. & per Barthol. & alios in §. arbitrorum. Et ideo casu quo aliqua fuerit confessio, non nocet veritati, ita vt supra probatæ per l. fi. de probat et. l. cũ falsa. C. de iuris & facti ignorantia vbi not.

NEC vltima generalis † ita reci- 261
pitur. Cùm nulla ex superioribus coniecturis, atq. rationibus sit admittenda: cũ defecerint conditiones de quib[us] in principio, & in gradu Frãcisci, atq. Ludouici. Quibus deficientibus nihil amplius quæritur respectu sequentiũ: ex præfata Iustin. cõstit. 159. de restit. fideicõ miss. cũ aliis supra relatis. Tum & quia præfatæ oẽs coniecturæ volũtariæ: de quibus non ita curatur, etiã si multiplicatæ sint. Quia multa imperfecta, etiam si iungantur, nihil operantur: vt in propria materia firmauit Iason. in l. Centurio sub numero 58. & consil. 35. versiculo 4. non obstat. libr. 3. ex Alex. consilio 13. volum. 1. & ex Bal. in l. si quis

si quis ex argent. §. 1. de ædend.

SED vt magis in specie omnibus sit satisfactum, duo capita constituemus. Primùm quando agitur
262 †solũ de verbi dubij, vel ambigui, vel amphibologici declaratione, vel interpretatione: An secundùm propriam, vel impropriam, strictam, vel largam significationem, vel patris familias vsum, vel consuetudinem sit intelligendũ. Quod cùm multiplicẽ pati posit sensum: recurritur tunc ad præcedẽtia, vel sequentia, vel coniuncta, vel patris familias vsum, & consuetudinem: & ita l. si seruus plurium. §. fin. & l. qui filiabus delegat. 1. l. mela de adimen. legat. & l. 1. de rebus dub. vbi notatur. Et nec tunt coniecturæ debent esse leues: vt à propria significatione recedatur, sed debent esse manifestæ, & efficaces: & ita l. non aliter de lega. 3. quæ ita est intelligẽda, vt ex illius. §. constat aperte. Dũ agit de interpretatione nominis (iuuenis) in qua ætate intelligatur. Cũ sæpe testatores non propriè, sed abusiue loquantur, & diuersis dictionibus diuersam naturam habentibus ad idem inducendum vtantur. Atq. ita in hoc casu consideratur illud de præcedentibus, & subsequẽtibus: vt argumentum posit ex illis induci. Et ita intelliguntur omnes leges loquentes de benigna interpretatione, & de ambiguo sermone, de legibus, de verborum obligatio. de verborum significatione, & de rebus dubiis.

SECVNDVM caput est, quãdo † agitur de coniecturanda testa- 263
toris voluntate contra specialem illius dispositionem, & omnem verborum significationẽ: ita quod nec propriè, nec abusiuè, nec strictè, nec largè verborum aliqua significatio posit adaptari. Et tali casu nulli dubium esse potest, non sufficere præsumptiones, quęuis sint, ad peruertendam talem dispositionẽ contra verborum proprietatem, atquè naturam. Cùm non credatur, testatorem aliud voluisse, quam quòd verbis reperitur expressum. Verba enim de quibus in gradibus supra relatis, nec propriê, nec impropriè, nec largè, nec strictè admittunt fideicommissum. Imò iuxta propriam clausulæ naturam verba prædicta conditionalia illud excludunt, imò restricta ad vnum casum, siue personam, siue qualitatẽ, aliam non admittunt. Cùm igitur non agamus nos de verborum ambiguitate, vel illorũ interpretatione, sed de dispositione clara, & aperta: non admittentur coniecturæ relatę. Cùm sub præfatis verbis nullo modo tale fideicommissum cõtineri posit repugnante natura. Et ita in hoc casu intrat dispositio Cõsulti in l. ille aut ille de legat. 3. videatur Cepha. consi. 159. nume. 75. Paris. consi. 34. & 78. lib. 2. Mantica libro sexto. titulo 13. numero 10. & sunt infinita quæ non curo referre. Sed pro complemento satisfaciat l. in ambiguo de reb. dub. cum ibi not.

ET si dicatur, quod fuerunt casus ommissi, & ideo præsumptiones operantur: vt ad alium extendá
264 tur. Primò negatur, † esse casus ommissos. Et vbi possent considerari ommissi fuerunt sciēter ommissi: propterquod remanēt sub dispositione iuris, ita vt relatæ præsumptiones, tali casu non recipiantur. Et licet non fuerint scienter ommissi, concurrentibus qualitatibus de quibus supra (quód verba fuerunt restricta ad certum tempus, ad certos casus, & ad certas personas:) præsumptiones præfatæ nihil operantur, vt qualitas de vno casu ad alium, & de vna persona ad aliam, de vno quoq. gradu ad alium extendatur.

NEC admittitur, si dicatur quod fuerunt, quæ prætenduntur, per er-
265 rorem ommissa. Cùm erroris † allegatio præsertim in clausulis substátialibus non admittatur: ex l. si quis in fundi vocabulo vbi Bart. nume. 4. de legat. 1. & in materia deducitur ex l. quotiens de hæred. institu. & ex d. l. in ambiguo de rebus dubiis. Quantò magis quod ex superioribus constat non per errorem, sed consultò, & scienter ommissa. De vno solo verbo posset, sed de vna clausula non potest præsumi per errorem ommissam. Et tandē sistimus in tribunali, in quo iudicatur ad literam.

ET vt finem prædictis imponamus (casu quo res dubia alicui Iudici videatur,) voluntas † est 266
iudicanda contra fideicommissum, cum sit onus: vt supra ex §. cum filiæ ex Socin. nepote consil. 185. à nume. 9. libr. 2. Menoch. consilio 152. nume. 48. & 326. & 327. à numero 24. & 393. numero 54. & 475. numero 10. & 556. à num. 12. cum aliis infinitis ab eis copiosè relatis.

APPENDIX PRIMÆ PARTIS EXTINCTIONEM VINCULORUM NOUE CONFIRMANS.

267 LICET testamentũ † Domini Ramiri de Funes, multa capita, & diuersos substitutionũ gradus contineat, quorum materia est prolixa, atq. difficilis propter consulentium opiniones diuersas. Tamen substantialibus solum citatis, casum resoluam, iuxta communes traditiones.

PRO fundanda D. Garsiæ prætensione, non est cur immoremur; cũ pro eo sufficiat, quod possideat; iuxta regulam l. fi. C. de rei vendi. & l. loci corpus. §. competit si serui tu. vindi. Et pro fideicommisso nõ præsumatur, nisi probetur. De quo late etiam quoad omnia Roland. à Valle consi. 56. vol. 3.

CVRA igitur consistet in eo: An intentio Christophori, in eo testamento fundetur, & si aliquo modo fundari videatur, quomodo eidem satisfieri possit. Et duo præcipua, & capitalia fundamenta ex eo testamento pro præfato D. Christophoro possunt considerari.

PRIMVM deducitur ex sexto gradu, in quo Ludouicus, & sui substituuntur, tribus illis fratribus, si sine liberis, & descendentibus decesserint. Et cum inter descendentes Ludouici D. Dominus Christophorus sit primus, & præcipuus, & respectu lineæ, gradus, sexus, & ætatis: videtur habere intentionem ex eo gradu fundatam.

SECVNDVM fundatur in vltimo gradu, in quo deficientibus superioribus vocatur proximior de illa cognatione, seu parentella. Ex quo licet ex substitutione in sexto illo gradu contenta d. D. Christophorus non admitteretur: admittetur vt proximior ex eâ familia.

QVOAD primũ duabus rationibus † in eo gradu fundari videtur 268
superior propositio. Prima. Nã quãdo aliquis, illiusq. filij, & descẽdentes substituuntur alicui Petro, si sine filiis, & descendentibus decesserit: nõ solum illi Petro, sed & illius filiis, & descendentibus dicitur facta substitutio: ne frustra de pronepotibus, & atnepotibus facta videretur, si descẽdẽtibus (ita ut supra) Petri grauati facta non diceretur. Præsertim si (vt hic) prædicti filij, & descendẽtes illius grauati, in superioribus vocati reperiãtur: prout isto casu cõtingit. Ita in specie Menoc. lib. 4. præs. 68. à nu. 10. & præs.

69. à numero 11. vbi magis in spe cie, & præsumptio. 76. à numero 56. & 76. & Simo. de Pratis lib. 3. interpretatio. 3. dubi. 1. solu. 10. numero 18.

SECVNDA ratio præcipua
169 deducitur,† ex qualitate bonorum, Quia insignia Castra, quæ nec solent in hæredes extraneos transmitti, nec alienari. Quo casu substitutio facta (vt hic) fratribus sub ea forma, si sine liberis, & descendentibus: dicitur etiam facta filiis, & descendentibus præfatis in euentum, quo decesserint sine progenie. Et ita in casu isto Ludouicus, & sui, & per consequens d. D. Christophorus dicetur substitutus Michaeli Francisci filio, sine prole Masculina defuncto. Ita in specie videtur decidere Paul. Castren. in consilio 343. à nu. 2. vol. 1. ex glo. & Dino per illũ textũ extra in authen. sed & si quis de secund. nup. Quia vt dictum est, Castra qualificata.

270 QVOAD secundùm caput † principale deductũ ex vltimo gradu fundari videtur in illis verbis. *Et si todos los sobredichos.* Quæ verba iuxta congruam locutionem vidẽtur referenda ad omnes gradus superiores, & ita ad dictos fratres, eorumq. filios, & descendẽtes: per regulas generales, de quibus in l. si idem cum eodem de iurisd. om. iudi. & in l. talis scriptura de lega. 1. & in l. in repetendis de lega. 3. & in l. 1. C. de libe. præt. Et sunt de hac materia infinita consilia, & variæ interpretũ doctrinæ. Vnde (vt est supra dictum) si d. D. Christophorus nõ admittitur, vt Ludouici successor: admittetur vt proximior de genere dicti Ramiri. Cùm & quis ex pluribus titulis succedere possit.

TANTO magis, quod & reciproca † inter omnes facta videtur: 271
cùm vltimò ex illis omnibus decedenti proximior substituatur: ex capitali illo §. Seia libertis l. Titia Seio de legat. 2. qui apud Consulen. varie torquetur.

SVPERIORES rationes iu uantur † ex eo: quod testator proces 272
sit gradatim ad diuersos gradus substitutionũ, cũ prohibitione alienationis, & qualitate masculinitatis, & de legitimo matrimonio, & delationis nominis, & armorũ, & aliis cõtentis in testamento præfato, de quibus per consulentes variis in locis infra citandis.

SED præfatis fundamentis † iux 273
ta iuris, & fori regulas consideratis dici potest, ex illis nõ fundari d. D. Christophori prætensionẽ. Et quoad prędictũ sextũ gradũ illa verba, si decesserit sine filiis, & descẽdentibus, non inducũt fideicõmissariã. Cũ sit sensus, quod sufficiat ad exclusionẽ Ludouici, & suorũ, Frãcis cũ decesisse filio relicto, vel eo in vita sublato decedere cùm nepote, vel alio descẽdẽte. Ita declarat Decius in multis cõsiliis, præsertim in cons. 63. & 377. Cepha. cõsi. 17. à n. 14. &

14.& cõſ.26.& 275.ex Alex. conſ. 53.& 139.vol.6.de quo etiã late per DD.in §. quidam recte.

274 ET ſuadetur ex eo:quod † ſubſtitutio facta de Ludouico, & ſuis non reperitur facta filiis,& deſcendentibus, ſed ſolum fratribus, & ſub nominibus propriis,& ſub propriis etiam repetitis per illa verba, & prædicti Ramirus,Franciſcus,& Ioannes,&c. Et eadem ſubſtitutio Ludouici, & ſuorum ſolum refertur ad tempus mortis fratrum, & non filiorum. Et cùm ſubſtitutio ſit reſtricta ad certas perſonas, & ad certum tempus, & ad certum caſum, ex illís verbis in tali caſu: dici non poteſt ſubſtitutio facta filio Michaeli, licet deceſſerit ſine filiis. Nullibi enim reperitur: vt illi quibus non eſt facta ſubſtitutio,grauati dicantur.Quæ procedunt ſine dubio ex Soc.nepote conſilio 180. lib.2.& 100.& 145.volumine 3.& Menoch.conſilio. 85.152.171.326. 327. 328. 376. & 379. cum aliis infinitis. Et hoc recipit communis ſchola ſine dubio ex Paul. Alexand.Iaſon. Decio in multis conſiliis, & ex com. in l. ſi Titius,delibe.& poſthu. ad quos me remitto.

IN ſuper in prædicto gradu, non quæritur: An præfati filij, & deſcendentes per prædicta verba conditionalia vocati,ſed an grauati dicantur. Et quamuis verba conditionalia præfata quodamodo apta poſsint conſiderari ad vocationem:non tamen ſunt apta ad grauamen, & fideicommiſſum, vt eſt manifeſtum.

FIRMANTVR, & ex alio † ſuperiora. Quia in præcedẽtibus 275 gradibus, vbi vocatos grauare voluit, ſemper adiecit. Et ſi eorum filij & deſcendentes,&c.Quæ cum omiſſerit in ſexto gradu prædicto, voluit teſtator non ita vt ſupra grauare. Et potuit eſſe ratio ad hoc inducendum eadem, quæ teſtatorem mouit ad peruertendum ordinem vocationis. Cùm vltimum ex fratribus ſubſtituerit primogenitum. Ratio igitur, quæ diſponentem mouit ad mutandum ordinem naturæ circa vocationem, & mouit circa grauamen omittendum.

RATIO fuit quia Ludouicus primogenitus alia, & opulenta bona habebat, reliqui nihil poſsidebant. Et ideo nimirum ſi propter hanc rationem, quæ mouit teſtatorem ad vocandum vltimo loco Ludouicum primogenitum, credamus noluiſſe filios, & deſcendentes fratrum præfati Ludouici, & ſuorum reſpectu grauare. Et propter hanc rationem fuit ibi ſcienter, & conſulto grauamen omiſſum. Eò magis quod ſufficit, quod ita teſtator diſpoſuit: viden. Paul. Caſtren.conſilio 185.à numero 2.libr. 2. Decius conſilio 465.à numero 17. Socin. nepos conſilio 13.à num.28.vol.3.

276 ET opinio Menoch. † d. præs. 69. num. 11. non habet nisi eũdem authorem. Imo videtur contra ea, quæ proposuit in consil. 85. & contra Paris. & alios ab eo relatos. Imo & eam ipse alio loco declarat in d. præs. 68. numer. 10. procedere quando fuerunt adiecta illa verba, quibus decedentibus: quæ verba referuntur ad mortem eorundem filiorum, & descendentium in conditione (vt supra) positorum.

277 ITEM illud Menochij † procedit ex præsumptione: vt substitutio Francisco facta, extendatur ad Michaelem. Et huic præsumptioni repugnant verba substitutionis, ad mortem tantum Francisci restricta: vt est supradictum. Item contradicit in specie constitutio Iustiniani 159. de restit. fideicommiss. Et maximè in hoc Regno: cùm à proprietate verborum non recedamus, næ diuinatoribus indigeam⁹: vt in Iustiniani constitutione 107. de testamentis in præf. cum aliis. Cùm nec in eo admittamus præsumptionem à lege receptam: ex Alexand. consilio 198. vol. 6. & ex Decio in l. quamuis à nu. 4. C. de impub.

NEC secunda ratio quoad d.
278 sextum gradum † deducta ex Paul. de Castr. d. consi. 343. volu. 1. quicquã inducit. Cùm fundetur in particulari illa decisione auctenticæ, & si quis. Cùm textus illius decisio degeneret ab omni iuris communis dispositione: vt & sensit Accur. in glo. Adeo quod & Bart. fatetur, quod dispositio illius auctẽticæ est magis fastidiosa, quam aliqua, quæ sit in toto mundo. Vnde ex illa nõ potest sumi argumentum. Maxime quod (vt creditur) Iustinianus voluit, quærere casum, & causam, quibus possit Gregoriæ supplicanti fauere, de qua in constit. 2. de non eligen. secun. nuben. saltim cum ille casus sit singularis: non sumitur ex eo argumentum ad alios casus repugnante præsertim verborum natura, & proprietate.

ET decisio Dini, licet † simpliciter proponatur, procedit tamen, 279
quando rei natura repugnat: veluti, quia feudalis concessa pro se, & hæredibus suis. Quo casu iuxta cõmunem dicitur potius feudum familiare, quàm hæreditarium: cùm non trãseat ad hæredes extraneos: ex Decio consilio 185. à numero 3. & consilio 390. & 395. & Pet. Rebuff. in tracta. feud. distinct. 15. Et forsan idẽ in hæreditario † con- 280
cesso pro se, & suis hæredibus quibuscumque. Cùm substitutus iudicetur, licet sub ea forma à testatore hæres nominatus. Quod non est præsentis speculationis. Quoad nos enim sufficit, quod in casu Dini posset admitti propter originariam rei naturam, quæ aliàs reuerteretur ad Dominum. Quod non concurrit in casu isto: vt in sequenti dicetur.

ET

281 ET consideratio Pauli,† quando familia nomen à Castro suscepit, nec in hoc casu procedit. Cùm hęc familia nomen ab hæreditate non mutuarit: imo prędicta Castra sunt solita alienari, & familias quoque mutare. Pertinuerunt antea (si bene recordor) ad eos de Atorella, & postmodũ ad Federicũ de Aragonia, & deinde ad Regiá Maiestatẽ (Ioanẽ scilicet Aragonum Regẽ,) & postmodum ad hos de Funes, de quibus in casu præsenti, & titulo venditionis. Non igitur in hoc casu cõcurrũt qualitates, quæ mouerũt Cinum, Dinum, & Paulum. Tantò magis quòd nec in hoc casu curauit testator de primogenito: quod Paulus desiderauit. Nõ itaq. sunt termini pares: vt dicamus in in casu isto, contra iuris cómunis, & municipalis dispositionem opinionem Dini, & Pauli procedere. Et tandem in Iustiniani constitutione prædicta. 159. erant bona qualificata, & alienari prohibita, & apparebat de contraria Hierij voluntate: vt ex eiusdem litera constat.

NEC fundamẽtũm deductum
282 † ex vltimo gradu d. Dominum Christophorum iuuat aliquo modo. Nam omissis 12. limitationibus per Ias. in d. l. 2. relatis, & per Sim. de Præt. & Menoch. & Manti. variis in locis repetitis, quorum multæ adaptãtur ad casũ. Quo ad nos tamen est decisio Papiniani in l. cohæredi. §. qui patrem, & filium. de vulgar. in quo ea verba (& eos omnes) non referuntur ad primũ, sed immediatũ.† Et addit rationẽ 283
propter specialem inter patrem, & filium substitutionem. Diuersitas itaq. dispositionis facit: vt dictiones istæ repetitiuæ (licet generaliter prolatæ) solum referantur ad immediata. Maxime quia præfatæ dispositionis natura nõ patitur, vt ad dictum sextum gradum referatur. Hoc etiam iuuat l. 1. §. deinde adiecit Prætor de postul. & l. si per Prætorem. §. deinde quibus ex caus. maior. de quo & Paulus de Castro viden. cons. 123. à num. 2. & 460 per totum volu. 1. & Cephal. viden. cons. 17. per totum, & cons. 169. à num. 40. cum aliis ab eo relatis, & sunt multa cõsilia. Sed quia auctoritas Papiniani omnia superat: non curo ea referre.

NEC attenditur decisio. §.† Se 284
ia libertis: cùm multa requiratur, vt illa procedat : videlicet quod multi simul vocentur, & vltimo in tota hæreditate substituatur. Quod in casu isto non concurrit: cũ gradatim de vno in alium, & in tota hæreditate quilibet substitutus reperiatur. Item Michael Francisci filius nullibi reperitur vocatus: cũ pater illius Franciscus superuixerit Ramiro prædicto. Item & sumus inter collaterales, inter quos non ita superiora recipiuntur. Sed quoad nos termini non sunt habiles, vt reciproca in testamento isto præsumatur: ex Paris. d. consil. 44. lib. 2. & Socino nepote cons. 96. & 151.

151.lib.2.& consl.100.vol.3.Et ideo D.Christophorus nec ex huiusmo di gradu prætendere potest.

PROXIMIOR itaque repe ritur substitutus solum Ludouico, & suis in casu, quo ad eos castra prædicta peruenerint,& deinde si- ne prole respectiuè decesserint.

ET dato citra veri prçiuditium) quòd ad omnes gradus superiores prædicta verba referantur:nõ ideo proximior in casu isto substitutus reperitur. Quod ex tribus capiti- bus formaliter deducitur mani- feste.

PRIMVM consistit circa gra- dum,in quo filij Catherinæ vocan tur. Vocantur enim sub diuersis cõ ditionibus copulatiuè conceptis: videlicet si Contesinam continge- ret decedere sine filiis,& de eo tẽ- pore nupta esset Catherina, ac fi- lios habuerit:per illa verba. *O ha- ura hauido fillos,&c.* Quæ licet alter natiuè proposita copulatiuè vidẽ- tur necessario intelligenda. Quo- uis modo intelligãtur, quoad pro-
285 positũ,† licet Cõtesina decesserit si ne filiis,de illo tẽpore non erat nu pta Catherina nec filios habebat: quç nec vnquam nupsit, nec filios habuit,& ita defecerũt cõditiones: per l.sed & si plures de condition. instit. Quibus deficientibus cor- ruunt omnes gradus sequentes cũ omnibus suis qualitatibus. Cùm gradus sequẽtes intelligantur cùm eisdem præcedentibus conditio- nibus: vt est omnibus manifestũ.

ITEM licet controuertatur:† 286
An substitutio facta de nascituris locum habeat eis non natis. Ta- men concurrentibus qualitatibus, de quibus in gradu prædicto,(quia verba ad certam personam, cer- tum tempus,& casum ita restricta) non dubitatur, Oldradi opinionẽ esse sequendã. Tantò magis quod (vt Ruinus relatus à Mantica lib. 11. titulo 6. sub numero 1. tenuit) cùm Oldrado est communis. Quic quid tamen sit in terminis, in qui- bus loquitur Oldradus:quoad nos stantibus verbis (ita vt in gradu) præcisis maxime in Aragonia, nõ dubitabimus esse recedendum à- centũ virali iuditio,de quo & Me- nochius consl.326.à numero.25.& consilio 522.vbi videndus.

FIRMANTVR superiora† 287
ex eo, quod substitutio recipiens vnum indiuiduum tempus,siue e- tiam casum non comprehendit a- liud tempus,neq. casum: ex l. si ita quis.& ex l.si mater.§.1.de vulgar. & relata in eo gradu verba prçsẽs, & non futurum tempus ostendũt: ex l.si ita de aur. & argen. legã. de quibus Ias. in l. commodissime à numero 2.de liber. & posth.& con silio 66.vol.3.Nec verba in eo gra du contenta sunt apta futurũ com prehendere:ex Menoch. consl.379 à numero 15. præsertim vbi stan- dum est cartç.Viden.etiam quoad superiora Socin.nepos consil. 169. lib.2.

lib.2.& 100.volûmine.3.

ET quamuis in eo gradu fue-
288 rit † adiectum. Si D.Catharina decesserit sine liberis, & descendentibus: intelligitur si nupta decesserit sine illis, & de natis, & procreatis, & ea viuente defunctis. Ita in specie, & non in tam fortioribus terminis, nec præcedentibus tam præcisis verbis declarauit Menochius d. consl.326.à num. 1. Et ideo quoad hunc casum, (tum quia nupta non fuit. Tum, & quia licet nupta, filios non procreauit) substitutio deficit.

Ex quibus licet adiectum fuerit,
289 † in perpetuum, & in infinitum, & vsq. in finem sæculi, nihil quoad fideicómissum inducitur. Cùm omnia intelligantur conditione adueniente: ex Alexand.dict.consil.139. volum. 6. Cephal. dict. consil. 17. Menoch.dict. consl. 326. & consil. 327.& consil.328. cum aliis ab eis relatis. Et hoc est sine dubio, &
290 ideo potuit liberè Contesina † disponere, vel Catharina ab intestato succedere. Quæ nec grauari potuit, cum honorata non fuerit: iuxta regul.l.ab eo, C.de fideicommiss. & l.3. §.1. de legat.3.cum aliis sexcentis. Et tollit omnem difficultatem constitutio præfata Iustiniani. 159.

291 SECVNDO excluditur † ipse proximior, ac dict. D. Christophorus, in omnem euentum ex alio capite. Quod fundatur in gradu, quo Franciscus, & sui vocatur. Cũ Franciscus Ramiro substitutus reperiatur casu, quo Ramiro fratri suo prædicto superesset, & non reperitur grauatus, nisi in casu, quo decederet sine filiis, & nõ in casu, quo decederet illis relictis: vt ex eodem gradu est manifestum. Et cum decesserit Michaele relicto; cessat quoad omnes sequentes fideicommissum: ex Deci. consi. 63. in specie Soci.nepos consi.180.lib. 2.& consi.100.volum.3.Menochi. lib.4.præsum.71.n.10.& consl.326. à nume.32.& 41.in quibus decidit casum, & Sim.de Præt.libr.3.interpre.3.dub.3.sol.3.n.12.cum aliis.

ET licet difficilè videatur, ita sine dubio procedit: cùm Michael prędictus Francisci filius dicto casu non succederet testatori, sed patri ab intestato, vel ex illius dispositione. Cum iuxta communem † in 292
conditione positus non ideo dicatur vocatus; propter quod grauari nõ potuit per regulam generalem. Ex quo substitutio Ioannis, & filiorum facta filiis D.Francisci, si decederét sine filiis, nõ refertur ad hũc casum, quo Franciscus superesset ipsi Ramiro, sed solum ad casum, quo filij prædicti fuerũt vocati: scilicet Francisco non existente tempore mortis prædicti Ramiri. Videatur pro resolutione l.fi.de lega. 3.quæ & tollit mentalem vocationem, & l.si mater §.1.de vulgar. & Paul.Castren.consl.111.à num.2.& Menoch.consil. 85.à nu. 67.& 99.

& consi.106.à n.292.& late d.præsump.76.à n.44.vbi vltra 50.aliorum consilia refert cum aliis supra relatis.Non curo alia referre: cum hoc sit manifestum. Et credam do
293 minos Iudices († præsertim in Aragonia) non dubitare:cùm solum sequamur casum,qui ex verbis,& nõ ex mente concipi potest:iux.d.constitu.159.supra relatam.

TERTIO tollitur prætensio d. D. Christophori ex alio capite.
294 Quia omnes præfati † gradus fuerunt concepti sub ea forma verborum: si vocati præfati decesserint in minori ætate,& sine liberis.Quorum altero deficiente corruit dispositio,quoad omnes:ex d.l. sed & si plures de condi.instit.Et cùm Michael prædictus decesserit maior,licet sine masculis,D.Christophorus non potest prætẽdere ex sexto, nec vltimo gradu præfatis.

ET licet Paul.de Castr.consil.
295 43. libr.2.teneat,† tali casu coniunctam resolui in disiunctam propter communem in ea ætate impotentiam generandi.Tamen cum sępe contingat minores generare, & pubertatem non cõsideramus à numero annorum, sed à generãdi potentia per c.pubes de spõsal.l.in pupillari de vulga.nec de iure munici
296 pali: cùm à verborum † proprietate non recedamus,nisi ad euitandũ fideicommissum: vt in foro 4. de testamẽtis in quo & probatur minorem generare.

NEC consideratio de progressu
†ad plures gradus,& de prohibitione alienationis,& aliorum supra relatorum quoad istum casum recipiuntur.Cùm illę ab aliquibus solũ admittantur ad effectum: An positus in conditione grauatus,dicatur vocatus:non tamẽ è contra:An vocatus positus in conditione dicatur grauatus.Cùm verba prædicta conditionalia possint esse apta cõprehendere vocationem, non tamen grauamen,& onus: vt est manifestum. 297

IMO & quoad inducendã vocationem † quælibet ex relatis præ- 298
sumptionibus reiicitur: cùm omnes sint voluntariæ, maxime inter extraneos,siue collaterales: ex consilio Oldra.21.quod post multas cõtradictiones tandem obtinuit, vt tam in scholis,quam in Palatiis seruetur:contra Bart.in l.Centurio de vulga.vbi etiam Ias. refert Alexa. semper ita tenuisse de quo & idem Bart.consi.114.lib.1.& Paul.consi. 97.libr. 2. quod est in hac materia capitale:Alex.consi.91.à n.7.& consi.105.à n.4.vol.1.& consi.66.n.13.& consi.185.& 219.libr.2.& consil.22.n.8.& consi.24.n.5.vol.3.& cõsil.15.n.4.& consi.55.à n.22.vol.4.& consi.38.à n.6.& consil.139.vol.6.& consi.202.vol.7.Ias.viden.cõsil.128.& 143.lib.2.& consi.66.volu.3.Deci.consi.66.& 208. & 218.& 271.& 422.& 465.& 636.Paris.consi.44.lib.2.Cepha.consi.17.& consi.268.& 269.& Socin. nepos. viden.

viden.consi.176.à nu.20.& consil. 177.lib.2.& cons.69.à n.31.vol.3. Couar.in cap. Raynuntius de compen.§.3.cum aliis infinitis relatis a Simo.de Præt. Crasso, Mantica, & Menochi. præsumption. supra relatis.

299 ET licet aliqui existimauerint, † concurrentibus simul aliquibus coniecturis positum in conditione grauatum, censeri vocatum. Tamē nō ita antea vocatus positus in cōditione dicetur inde grauatus: vt est supra dictū. Et in specie quoad præsentis quæstionis decisionem videatur Paris.d.consi.44.à nu.9. & cons.86.sub nu.40.vbi alios refert. Et benefacit cōs.Soci.nepotis. 13.a n.13.& sub 26.& 29.& 32. viden. Maximè cùm gradus ille sextus sit separatus ab omnibus aliis, & sub diuersis forma, & modo constitutus. Quæ diuersitas, & diuersam mentem inducit, & vltimus etiam gradus ad immediatum solū referatur, vel si ad superiores, easdem, quæ in illis, conditiones admittat.

EX quibus etiam sequitur, nō facere † ad propositum Antonij Augustini decisionem.8.lib.1.cū m solum loquatur de coniecturata, ad inducendam vocationem, & non grauamen: vt ex eadem constat & apparet. Et quoad nos nec quoad vocationem cōiectura recipiatur: cùm a verbis non recedamus. Quātò minus quoad grauamen, & fideicōmissum, de quibus agitur. Cùm (vt supra dictum est) hic nō tractamus: An positi in conditione grauati (vt in d.decisione) vocati præsumantur; sed an vocati positi in cōditione grauati dicantur. Inter quę non est alia differentia, quam quæ consideratur inter honorē & onus. Et si ad grauamen inductum non præsumitur honorē præcessisse propter grauaminis odium: multo minus propter honorem præcedentē præsumetur ex d.verbis conditionalibus grauamen præfatum subsequutum. Vnde cum Ludouicus, & sui non reperiantur substituti filiis, sed fratribus: Michaelis respectu nullum erit fideicommissum inductum. 300

Finis primæ partis.